



Vol. xxiv. Num. 3.

15

DIFFERENTIAS IURVM
ROMANI ET GERMANICI
IN

1741

12

PACTIS
DE
SVPERSTITIS
HEREDIO

ad l. ult. C. de pactis

ITEMQUE
50 DECISIONVM CHARACTERES,

PRAESIDE

IOANNE PETRO DE LVDEWIG, Icto

POT. PORVSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO ET CANCELLARIO
TAM MAGDEVRGICAE PROVIN CIAE, QVAM ACADEMIAE
HALLENSIS RELIQA,

CONFLICTV INAVGVRALI,
PRO CAPESSENDIS VTRIVSQVE IVRIS
DOCTORVM PRIVILEGIIS,

DIE III. MENSIS IVNII ANNI dō 1000 XLII.

RESPONDEBIT

AVGVST. FRIDERICVS SEIDENBVSCH,

FRANCKENHVSANVS SCHWARZEVRGICVS.

HALAE SALICAE, dō 1000 XLII.

TYPIS IOANNIS HENRICI GRVNERTI, ACADEM. TYPOGR.

Vol. XXIV. Blatt 3.

REPUBLICAE ROMANA ET GERMANICAE

IN
PACTIS
DE
SVPERSITIS
HEREDIO

de Joh. C. de Hoff

DECISIONE CHANCERY

PRÆSIDIO

IOHANNES PETRO DE LUDWIG, JOCO

DOCTOREM IN IURIS ET CANCELLARIUM

ACADEMIAE

PRO CAESARIS UNIVERSITATE IURIS

DOCTOREM IN IURIS

DE IURIS IURIS IURIS IURIS IURIS

PRÆSIDIO

AVGVSTI FRIDERICI SEIDENBVSCH

RECTORIS

DE IURIS IURIS IURIS IURIS IURIS

DE IURIS IURIS IURIS IURIS IURIS



DIFFERENTIAE IVRIUM
ROMANI ET GERMANICI
IN
PACTIS
DE
SVPERSTITIS HEREDIO

ad l. ult. C. de pactis.

CAP. I.

DE CHARACTERIBVS 50 DECISIONVM, fallacibus valde. Num *lex*
ult. C. de pactis sit in earundem *classe*.

Illud uerum est: diuino humanoque iure impro- Improbitas pa-
ctorum de iuri-
bonis.
bum esse; de uiui bonis pacisci, maturo iudicio
decidisse Iustinianum. Imo pessime eidem audire
eius fortis pactores; quos *insidiarum, doli ac frau-
dis* fecit reos, ipsaque *pacta* dixit scripsitque, ipso
iure, nulla, in hac lege nostra testatissima.

§. II. Mouit me huius *edicti* grauitas; ut illud Quae lex adnu-
meranda 50.
decisionibus Iu-
stiniani.
classi adscriberem DECISIONVM 50. IVSTINIANI: quamuis
Edmundus MERILLVS, iureconsultus litteratissimus, ex-
inde *legem* expunxerit, neque hoc, ut ipse sentit, sine
causa.

§. III. Fuimus olim iam de *characteribus* solliciti;
per quos hae 50. *decisiones* possent in *codice*, ab aliis qui-
busque, internosci (1). Qui utrum, in nostra hac *lege*,
inueniantur, rei periculum faciemus atque hoc factio
Merilliana facile discutiemus.

§. IV. Principio *tempus* attendendum, quo scri- Diuinatoria
uirgula 50. de-
cisionum.
1) temporis ia-
ptae sunt 50. DECISIONES. Atque hoc spatium est illius
sexennii; quo regnauerat in foris Romani imperii PRI-

(1) Reperis eius generis aliquot in *uita Iustiniani cap. VIII, §. 33. nota*
177. et 178. p. 231.

era annum 529.
asque 534.

MVS CODEX a die 7. Aprilis an. 529. ad diem 20. Septembris anni 534. quo VLTIMVS prodiit repetitae praelectionis. Docet hoc ipse IVSTINIANVS, in constitutione de emendatione codicis §. I. 2. Neque alia eum causa mouit, quam haec: quod, PRIMO CODICE iam promulgato, plurimas cum CONSTITVTIONES fecerit; tum 50. DECISIONES, in quarum gratiam NOVVS CODEX edendus ac promulgandus esset anno 534. VETERE CODICE, anno 529. edito, abolito & interdicto. Quod cum ita sit: illa demum constitutio inter 50. DECISIONES referenda, quae aetatem habet huius sexennii ab an. 529. ad an. 534. aut, si maius quinquennii & quinquemestris spatii. Igitur, quod iterum dubitatione caret: illa constitutio, quae nomen in 50. DECISIONIBVS sustinere potest, subscriptione instructa esse debet CONSVLVM istius temporis, nominatis in Latii utriusque fastis. A consulatu DECII 529. post Aprilem, quo primus codex fuit promulgatus.

Fastorum Latii
ambiguitas, cur-
sim notata.

1) ob commix-
tionem cum sus-
sectis.

2) cum hono-
rariis.

3) formulas
post consulatum.

§. V. Vti autem fastorum ambiguitas est testatissima PANVINIO, atque illius adfectis Golzio; Pigbio; Bucherio; Caluisio; Fetauio; Ricciolo; Occoni; atque aliis ipsique Pagio: sic causae incertitudinis huius etiam imis sensibus notandae, in hoc eodem sexennio. Primo enim imposuerunt fastorum collectoribus consules suffecti; quos ab ordinariis multoties tempore distinxerunt, cum sint utrique anni eiusdem. Deinde cum honorariorum consulum nomina in fastis locum non habeant, falsi sunt, qui hunc eis dederunt. Porro non minor erratio est eorum; qui annos, quando nulli consules electi adeoque nomina eorum, qui consulatu abierunt, in chronologia continuerunt, formula signarunt ambigua POST CONSVLATVM. Nam particulam post numerarunt alii chronologi; incluso ipso consulatu; alii excluso; nonnulli, ordinis numero penitus omisso; unde ingens temporum

porum & annorum confusio. Exemplo sint consules LAMPADIUS & ORESTES. Horum enim nomina reperiuntur integro triennio an. 530. 531. 532. Sed, post consulatum, numerandi modus fuit multiplex hoc specimine

| | |
|--------------------------------------|--|
| LAMPADIUS & ORESTES 530. | LAMPADIUS & ORESTES 530. |
| P. CONS. I. Lampadii & Orestis 531. | POST CONSULATVM Lampadii & Orestis II. 531. |
| P. CONS. II. Lampadii & Orestis 532. | POST CONSULATVM Lampadii & Orestis III. 532. |

Falli igitur potuit quilibet, in hac numerandi differentia. Vnde facile est, ad intelligendum, quod anno decipi potuerit lector; nescius; vtrum in formula POST CONS. ipse consulatus numerandus, an omittendus esset (2).

§. VI. Quid? quod ipsorum etiam *consulum ele-* ^{4) ignoratiorem in proninciis.} *ctio fuerit uel dubia uel obscura; quae remotioribus provinciis innotuit uel minus recte uel serius longe. Vt adeo aliis nominibus multoties provinciae uterentur, suburbicariae uel Romae uel Byzantio: aliis autem populi remotiores, ob celerum, qui tunc ordinario & hebdomadali cursu ignoti, desideria uel fallacias. Praeterea* ^{5) Romae & Byzantii.} *cum, diuiso imperio, in orientale & occidentale, duo consules adpellandi, Romae unus; alter Byzantii; etiam euenit quandoque hoc; ut alteruter uel uacaret uel ignoraretur multoties, sphaerae alterutrius populis.* ^{6) solius cum collegis.} *Vbi igitur adieciali uerbum *Cof. sol.* non adparuit, ut*

(2) Scripsit oculatissimus in hoc computo consulari *dissertationem bypaticam*, id est, *consularem*, Anton. P. AGI, ubi in *parte III. cap. 2. p. 316.* ex instituto hoc idem tractauit argumentum, inscripsitque illud: *de post-*

CONSULATIBVS a Constantino M. ad Iustinum iuniorem usu receptis. Cui addi potest insigne commentum BALVZII in notis ad capit. tom. II. p. 1253.

A 2

debut:

7) autorum ar-
bitrio.

8) p[ro]f[er]re
iuris.

Fest[us] ab ann.
529. ad ann. 534.

debut: illud iterum crucem fixit chronologis; quis fingendus aut omittendus esset collega. Taceo, quod scriptores plures arbitrii sui esse crediderint; uel unum tantum *consulem* nominare; uel formula *POST. CONS.* uti, mentione facta consulis tantum *nominatissimi*, a cuius numerarent consularu annos (3). Quandoque etiam, tyrannide aliquorum, in partes itum est; ut aliae atque aliae prouinciae alios atque alios quoque nominarent *CONSULES*. Vbi quaeque a se creatum *actis* inscripserat. *Consultissimum* igitur fuerat ad has tricas euitandas, aeram Christi introducere in orbe *christiano*.

§. VII. Huius tamen *quinquennii*, & quod excedit, intra quod 50. DECISIONES confectae, eius generis scrupuli esse nequeunt in factis: cum nomina consulum hic ambigua non sint; sed ita stent certo talo, in factorum tabulis:

529. DECIVS COS. SOL. in occidente.

530. LAMPADIUS & ORESTES, ambo occidentis.

531. POST. CONSUL. I. uel II. Lampad. & Orestis

532. POST. CONSUL. II. uel III. Lampad. & Orestis.

533. IVSTINIAN. AVG. III. SOL. CONF.

534. IVSTINIAN. AVG. IV. & PAVLINVS.

Est tamen illud ex superioribus repetendum (4). Quod *primo* uacauerit tum, in quibus plura singularia.

(3) Has *regulas consulares* per *epitomen* recitare; non singratum esse poterit *iurium studiosis*, ad lumen addendum *chronologiae constitutionum* in codice cum *Theodosiano*, tum *Iustiniano*. Plenius autem docebunt haec *NORISIVS & PAGI*. Qui utriusque desiderarunt hoc in *chronologis celeberrimis*, *BARONIO, PETAVIO, SCA-*

LIGERO, COINTIO, PANVINO & adseclis vitimi: quod in labyrintho *factorum* hoc *Ariadneo flo* fuerint destituti.

(4) Singularia etiam plura in hoc argumento praefertit *extricauitque NICOL. ALEMANNVS in commentario ad anecdota Iustiniani p. 96. 97.*

confi-

consulatus in oriente an. 529. & 530. Quoniam DECIVS Romae, LAMPADIVS & ORESTES *ambo* creati sunt pariter in occidente, Romae. Adeoque si ultimum euenisset Byzantii quoque, unius anni quatuor extitissent consules. Deinde quod Romae ueteri hoc relictum sit ab ipsis imperatoribus Byzantinis; ut ab eorundem *consulibus* tempora numerarentur etiam in oriente. Tum quod tamen idem *ius* habuerint consules Byzantini. Praeterea quod duobus annis 531. & 532. nulli *consules* adpellati sint uel Romae uel Byzantii. Porro, quod formula POST CONS. I. & II. uel uti aliis I. II. & III. significatus fuerit ambigui, cum alii uero consulatu *incluso* alii, *excluso* eodem, annos numerarent. Post quod an. 533. IVSTINIANVS fuerit *consul* sine collega, licet in fastis omiffus scribendi modus SOL. COS. Demum quod PAVLINVS fuerit *consulum occidentalium* ultimus. Tandem in aliis constitutionibus occurrat nomen Lampadii folius. Quorum omnium ratio habita §. 5. 6. superius. Ad extremum, quod ex 50. DECISIONIBVS potuerint aliquae etiam fieri sub DECIO consule; uti quoque post Lampadii & Orestis consulatum.

§. VIII. Atque hoc eodem temporis *charactere* Temporis character 50. decisionibus est congruus. gaudet constitutio nostra in *l. ult. C. de pact.* Habet enim subscriptam formulam. Datum Kal. Nouembr. Constantinopoli, post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531. (5).

(5) Calculus hic *consularium annorum* recte se habet. Nisi dubitaueris num POST. COS. formula, ipso consulatu *excluso*, definienda; an autem eodem *incluso*. Quod tamen hic non potest requiri, cum *ordinis* numerus locum non habeat in uno, neque *primus* dici queat, nisi praesto sit *secundus*. Ut adeo in anno sequente 532. demum numeri uel II. uel III. pro diuerso computandi modo, fuerint addendi.

Sublata a Norisio plurimum ambiguitas fastorum.

§. IX. Ceterum quamuis, in *fastorum numeris ac nominibus* emendandis, industriam adhibuerit maximam PAGI; tamen Henricus NORISIVS in *epistola consulari*, eisdem ualde exprobrauit: quod neglexerit fere in his operis INSCRIPTIONES & NUMMOS; quos etiam PANVINVS consuluerit parum. Ut adeo mirum non sit; PAGIVM quoque toties lapsum fuisse cum suo Panuino & Leunclauio, quibus in *fastorum nominibus ac numeris* ipse habuerit plenam fidem (6).

CHARACTER II. 50. decisionum; ut scripta sit ad PRAEFECTVM praetorio Ioan-nem.

§. X. Secundus CHARACTER 50 decisionum est; ut constitutio inscripta sit PRAEFECTO PRAETORII (6*). Nam si magistratui *prouinciali* fuerit assignata; tum referri potius meretur ad rescripta & *constitutiones* uulgaris, quarum *ducentas* & plures solent numerare interpretes.

Idemque habes in lege nostra.

§. XI. Iterum conuenit etiam hoc cum nostra *l. ult. C. de pact.* Nam imperator scripsit illam ad IO-

(6) *Epistolae huic consulari* additur; quod, in illa, *collegia LXX. consulum ab anno christianae epochae XXIX. imperii TIBERII AVGVSTI decimo quinto, usque ad annum CCXXIX. imperii ALEXANDRI SEVERI octauum, in uulgaris fastis baelenus perperam descripta corriguntur, suppleuntur & illustrantur.* Edit. Bononiae. 1683. in 4^{t.} Obstupui, fateor, dum hoc opusculum legerem; qui fieri possit, ut unus homo omnium *librorum, numerorum, lapidum, inscriptionum* non solum posset reminisci simul; ut praefens animi esset, singula conferre inuicem, corrigere, emendare & supplere, causis ubique ex intima Latii noticia requisitis. Verum

hi litterarii heroes animum desigunt in *Latii antiquitatibus* tantum: contra plerique *Germani, iure-consulri* maxime, incumbunt studiis disciplinarum rerumque, in patria *utilium*; ne illis desint, ad uictum & cultum necessaria, sacrorum vero collegiorum *sodales, canonii* nostri, indulgent genio suo, nihil agendo.

(6*) Ratio est haec: quod si *imperator*, a *prouincialibus* requisitus, *causas* responderit: illa *responsa* nomen non meruerunt *decisionum*, quae proprio motu & ad *iura* in *thesi* editae esse debent. Adeoque ad *praefectum praetorii* scribendae: ut ipse illas in imperio uniuerso promulgaret.

ANNEM

ANNEM P. P. Is autem gessit praefecturam supremam an. 530. atque an. 531. Quo quidem hoc munere remotus; breui autem ei 533. restitutus est: ut praefecturam per plures deinceps continuaret annos (7).

§. XII. Sequitur TERTIVS CHARACTER: ut constitutio *ius in thesi definiat* uniuersim, nec quicquam, uero in *hypothesi*, huius uel alterius tantum litigatoris agat causam. Idem iterum in nostra hac *lege finali C. de pact.* inuenitur. Licet enim imperator a *Caesariensi* quondam *aduocato* fuerit interrogatus: non huic tamen *respondet*; sed IOANNI PRAEFECTO PRAETORII aperit sententiam, idque summam; ut *nouam sanctionem* suae *legem* suam, aeternum deinceps obseruandam iusserit in orbe Romano, idque non in *pactis* solum; sed etiam in *donationibus*, *hypothecis*, *contractibus* uniuersis. Igitur *interrogatio* Caesariensis non *causa* edicti fuit; sed tantum *occafio*. Accedit, quod ideo ad *ueteres regulas* iuris prouocet: ne quem offendere queat *constitutio* nis nouitas (8) & *suorum temporum* SECTA.

CHARACTER III.
50. *decisionum*,
ut sit GENERA-
LIS neque *casu-*
sae singularis
iudicatum.

(7) Nam an. 532. ad paucos tantum menses IOANNI in praefectura substituti PHOCAS & BASSVS, teste PROCOPIO *lib. I. bell. Pers. c. 17.* Reuocatum quoque eundem Ioannem ad pristinam PRAEFECTVRAM supremam, narrat PROCOPIVS idem *lib. I. bell. Vand. cap. 7.* Er hoc consilio, in multis constitutionibus, CONSVLVM nomina desunt: partim quod *uacauerint* in utroque imperio *consulatus*; partim, quod formula *post. cons.* parum digna, in hominibus, nominis ceteroquin obscurissimi; partim etiam, quod temporis ratio haberi posset ex no-

minibus PRAEFECTI PRAETORIO, cui leges adscriptae.

(8) Principio enim in hac *lege fin. C. de pactis* uerba noranda sunt: *Sed nobis OMNES* *huiusmodi* PRACTIONES ODIOSAE esse uidentur & plenae *tristissimi* ac PERICVLOSI *uentus*; porro: *secundum* VETERES *regulas* SANCIMVS. Porro: quod, SCIENTE *superstite*, PRACTIONES HAE fieri *possent*, ANTERIORIBVS LEGIBVS non erat *incognitum*. Praeterea: *IVBEMVS* neque DONATIONES neque *HYPOTHECAS*, neque alium *CONTRACTVM* *admittendum* contra do-
§. XII.

IV. CHARACTER
50. decisionum;
ut ueterum sol-
uat problemata.

§. XIII. Ad QUARTVM CHARACTEREM ipse impe-
rator digitum intendit, his verbis: *postea uero, cum VE-*
TVS IVS considerandum recipimus, QVINQVAGINTA tam DE-
CISIONES fecimus (9); quam ALIAS CONSTITVTIONES.
Illud verum est, *distinguere imperatorem 50. DECISIO-*
NES; ab aliis suis CONSTITVTIONIBVS. Est tamen illud
dubium: num *ueteris iuris* consideratio 50. *decisiones* tan-
tum respiciat; an uero idem quoque dictum scriptumque
uoluerit de aliis constitutionibus? Quicquid sit; no-
stram hanc *l. ult. C. de pact.* ad *VERTVS IVS* respexisse, ex
eo clarum est: quod quidem ad *ueteres regulas iuris*
prouocet legislator, in eo, quod, *sciente uiuo, pacisci de eius*
bonis, semper licuerit: sed *pacta, ignorante eo, interdixe-*
rit quaecunque, *noua decisione*, imperator. Quod cum
ita sit: nullus dubito; eandem hanc *nouam decisionem*
locum omnino mereri inter 50. DECISIONES *Iustiniani.*

V. CHARACTER;
NE DECISIONES
NUMERUM EX-
CEDANT QUIN-
QVAGESIMUM.

§. XIV. QVINTVS CHARACTER est ille, quod nu-
meri harum *decisionum* excedere non debeant *quinqua-*
gesimum. Intra quem continet se semel iterumque ipse
imperator (10). Sed calculus *MERILLI* superat eun-

MINI VOLVNTATEM. Tandem: *ita*
PACISCI SECTA nostrorum TEMPO-
RVM non patiatur. In his omnia uer-
ba docent; imperatorem non *respon-*
disse interrogationis causam singu-
larem: sed uniuersim *pacta de uiui*
hereditate proseripuisse ex orbe Roma-
no adeoque huic constitutioni *L. DECI-*
SIONVM classem porro non inuidendam.

(9) Fidenter quidem interpretes ar-
guunt: ubi *VETERIS IVRIS* enuclea-
tio ac definitio habetur; ibi constitu-
tio 50. *decisionibus* est adnumeranda.
Nostrum non est, uinculum *consecu-*
tionis huius uel rumpere uel laxare.

Quoniam illud nobis satis est, *legem*
hanc nostram pariter ex genere earum
esse, in quibus *ius uetus*, noua *deci-*
sione, fit explicatum.

(10) Testis est ipse imperator de
codice emendando an. 53. ubi inter
causas *secundae codicis editionis* refert
hanc: quod *QVINQVAGINTA DECISIONES*,
post *primam codicis editionem*, no-
luerit relinquere in loco *extrauagan-*
tium. Vt consultum ei magis uideatur,
primo codice antiquato, easdem *codici*
nouo infuere. Sed dubitant alii de *nume-*
ri computatione; quod *Iustin.* potius
placuerit *rotundus*, potioris generis.
dem,

dem, addita causa: quod saepe duas aut plures leges, ob argumenti paritatem, numerauerit pro una (11). Verum facit hoc diuinatoriam uirgulam suspectam: quod, *decisione controuersiae* semel facta, superfluum esse, omnino uideatur; idem semel iterumque in legibus diuersis repetere. Vnde opinabile magis est: non inueniri criterium certum in numero, quo nouellae CONSTITVTIONES illius sexennii possint a 50. DECISIONIBVS internosci ac distingui (12). Vt potius in utrisque corrigere potuerit imperator *ius uetus* adeoque haec formula rem faciat nec quicquam (13).

§. XV. SEXTVS CHARACTER laudatur: quod in quacunq; CODICIS constitutione occurrat uerbum DECISIONIS; illam quoque adnumerandam esse 50. DECISIONVM classis. Verum ipse *Eguinarius BARO* agnoscit (14): quod vix alteram earundem partem inuenit.

VI. CHARACTER; si in lege uerbum DECISIO OCCURIT.

(11) Verba illius in praefat. p. 6. sunt haec: *Et scias, quod parum inuat inscriptio et subscriptio, cum haec omnia similiter aliis multis Iustiniancis constitutionibus non decidentibus conueniant.* Nam ducentas promulgasse eundem imperatorem intra hoc sexennium, semel scripsi iterumque. *Nec mirum uideatur, si duas quandoque uel plures leges, pro una tantum DECISIONE coniunxerim.* Hoc enim postulauit par eademque DECIDENDI ratio & NECESSITAS. Sed FR. BALVINVS ad l. 58. *Aedil. edicti* absoluit Iustinianum ab omni battologia, quin de re eadem scripserit plures leges.

(12) Fallitur glossator ad *const. de emendar. cod. quae ex consularu Lam-*

padii & Orestis & sequentium dignoscuntur. Illud quidem verum est 50. *decisiones* factas esse intra sexennium illud, quo *codex primus* regnauit in foris: sed, praeter illas, alias plures nouellas constitutiones editas esse, cum ipse imperator dicit, tum loquuntur ipsarum etiam constitutionum numeri. Quas collegit in ordinemque redegit ABRAH. WIELINGIUS in *irrisprudencia restituta tom. II. p. 94. sqq.*

(13) Est haec sententia CUIACII in *praef. ad paratitla codicis*; qui ideo *bariolationes* eius generis ALCIATI aliorumque carbone notat; quod non sustineant limam.

(14) *Eguinarii BARONIS* opera lectu iucundissima sunt ideo: quod in singulis *pandectarum titulis* ostendat simul

B

rit

rit ipse, in quibus uerbum hoc offendatur. Imo quis crediderit; *Iustinianum* sibi hoc, legis instar, imposuisse; quod *decidendi* uerbo alibi uti noller, quam in 50. DECISIONIBVS aut illo in his ipsis necessario uteretur.

VII. CHARACTER si consultor TRIBONIANVS.

§. XVI. Quid si SEPTIMI instar *gnorismatis* dixeris: has 50. DECISIONES, *consultorem* habuisse, nonnisi TRIBONIANVM. Quem hoc elogio celebret *Iustinianus* ipse (15)? Neque enim inania uerba sunt: *inter nostras* DECISIONES, *per quas, suggerente nobis* TRIBONIANO, *antiqui iuris altercationes placauimus.* Inde enim firmantur illa, quae §. XII. diximus atque proditur DECISIONVM consiliator egregius (16). Sed ambiguum tamen est hoc ipsum: primo quidem; num illud trahendum sit, ad DECISIONES 50. uniuersas (17)? Deinde cum in aliis etiam *constitutionibus* consilii gloriam relinquat Triboniano imperator; inde uinculum consecutionis nullum:

Gallici iuris uel differentias, uel harmoniam cum Romano. De his autem 50. *decisionibus* multa habet in tom. I. p. 1. & reliquis. Quem cum MERILLO exscribere nostrates exemplo STRAVCHII & LVDWELLI.

(15) In §. *ult. Inst. de libertinis.* Neque praetermisit hoc ipsum THEOPHILVS paraphrastes. Qui L. DECISIONVM nomen tanta *religione* coluit: ut, in *graeco* etiam sermone, retinere mallet uocem DECISIONIBVS, quam reddere tandem sermone *Graeco*. Nam in editione *Gozhofredi* legitur quidem *Graccis* elementis *δευσίοντι*: sed *Fabrozus* Latinis quoque litteris utitur in ipso textu *Graeco*.

(16) THEOPHILVS ueterum Iureconsultorum reddit *ἀμφιβολείως*.

(17) Illud quidem facile est, ad

intelligendum; quod princeps hoc sine alarum aliarum rerum, tum etiam ipsius iurisdictionis administratos & praetores: ut non solum decernant sententiae; sed, quoties casus eis dubius occurrit, referant hunc ad ipsum imperatorem, recipiantque ab eo responsum. Exemplo esse potest litterarium & iudicarium commercium *PI-
NII & TRAIANI.* Quo sine REX *PORVSSIAE* ante aliquot annos rescripsit ad *tribunalia* & iureconsultorum *collegia* in prouincias: ut, si quos *casus dubios* haberent, qui uel ob *leges ambiguas* uel ob iureconsultorum *altercationes, decisionem* requirerent, hoc eodem sine *praefecto praetorio* suo transmitterent; ne iure incerto postea uterentur. Sed *PORVSSICARVM* DECISIONVM, exemplo *Saxoniae*, ederetur *CODEX*.

ut

ut omne, quod in re legislatoria suggererit Iustiniano Tribonianus, mereatur ideo 50. DECISIONVM classem.

§. XVII. Sed manum de hac tabula, lacera & confragosa fat (17*). Ingenii enim exercendi causa haec uocauit sub incudem ueritatis; quam tamen neque ego inueni neque inuenerint, post me, alii. Quibus autor suasor que sum; ne, quod ego doleo, me fecisse, hunc late-rem lauent porro, perdantque, in his, oleum operamque, multo minus, quod MERILLVS fecit, uicennii integrum spatium. Interim, in tantis characterum fallaciis, ipsa 50. DECISIONVM argumenta & materiam earundem illustrauit ille egregie commentario, amplissimo instructissimoque quaestionum & conclusionum forensium adparatu. In qua etiam laude sunt STRAVCHIVS (18); LINGLOIS & nouissime BASSVS, qui has 50. decisiones cum iure Boico contulit. Quae collatio non inutilis; sed quomodo huius loci?

Querela per dicitur
otii in his trias

§. XVIII. Neque est; quod sibi, ex hac cognitione, aliquis utilitatem fingat promittatque ideo: quoniam hae 50. decisiones propius testentur de Iustiniani mente; cum has ipse expenderit animo suo uerbisque definiuerit. Verum praecipui iuris nil eis dandum propterea: quoniam imperator sua fecit, quaecumque retulit in iuris corpus. Siue a se ipso quid factum aut emendatum si; siue ab aliis legislatoria facultate instructis

Utilitatis in foro nullius.

(17*) Eandem operam perdidit hic etiam Perr. GODOFREDVS in notamentis in prooemialia codicis p. 114. licet ipse subriliorem iactet iurisprudenziam in 50. DECISIONVM characteribus.

(18) In dissertationis ad 50. decisiones capite I. num. 5. paucissimis uerbis allegat gnorisma, quo possint 50. decisiones ab aliis distingui. Sed,

in hoc ipso, MERILLIO nequaquam adsentit; quasi in illis solis ius antiquum corrigatur; cum idem factum sit in aliis constitutionibus eius extra 50. decisionum classem. Re ipsa STRAVCHIO illud curae est, cordique: ut in X eius generis leges scribat commentarium. In quo & philologum agit & curatum iuris scripti interpretem.

mandatariis. Quod si autem adparuerint *antinomiae*: meo iudicio, tum *actum* nihil adeoque expendendum iudici; quod aequius ac iustius, sprete prorsus 50. *decisionum augustali auctoritate*. Qui enim sibi ipsi contradicit; ille ludit operas agitque nihil (19).

CAP. II.

Num lex haec IVRI NATVRAE AC DIVINO SIT CONGRVA?

Affirmandum.
Quia lex RATIO-
NATVRA.
I) formula
contra bonos
mores.

Iudicio imperatoris est hoc omnino adfirmandum. Quia prodit ipse huius *interdicti*, *aduersus pacta de uiui bonis ac hereditate*, causas a sanae rationis norma requisitas. Nam principio scribit: talia pacta uel *contractus de alienis rebus*, siue uniuersim siue sigillatim de hereditate, *domino ignorante uel inuito*, esse CONTRA BONOS MORES. Qua ultima formula utuntur iureconfulti; si quid *decretis naturae & humanae societatis est aduersum*, id est, ipso iure improbum & damnatum. Vtut enim *mores pro consuetudine accipiantur in iuris nostri corpore* (1): ubi tamen adiiciale uerbum & formula *BONIS moribus aduersum* occurrit, ibi hoc idem est, quam *rectae rationi & naturali aequitati inimicum* (2).

(19) Contentiosissimae ea de re lites, eorum praesertim, qui de *antinomiis* tam *ciuilibus*, quam *feudalibus* egerunt scripseruntque sigillatim. Inter quos praecipuum meretur locum GIPHANIUS. Verum uti deserit eius hic castra ipse STRAVCHIVS; ita huic adiunximus nos *nouas* deserendi causas.

(1) Ita enim *mos regionis* in contractibus debet attendi, auctoritate *VLPIANI* in l. 34. *D. de reg. iur.* Neque

alium habet significatum formula: *more maiorum* in l. 5. *more D. de iurisd.*

(2) Pertinet huc l. ex eo 4. *C. de inutil. stipulat.* ibique augustale editum: *omnia, quae contra BONOS MORES in pactum deducuntur, nullius momenti sint.* Et l. 6. *C. de pactis*, clarius: *pacta contra BONOS MORES nullam uim habent.* Distinguitur enim ibidem *ius posituum*, id est, *leges & constitutiones a decretis naturae, bonis moribus.*

In

In BASILICIS redditum, ὑπεραντιον ἀγαθῆς ῥεῖρας (3).
 Quod axioma etiam est iuri canonico testatissimum (4).

§. II. Deinde priori adferro iungit imperator ^{2) odio digna communi.} grauiſſimas rationes. Quod ſcilicet pacta de re uiuentis ſint oſioſa, id eſt, publica mortalium auerſatione digna; ratione rationis addita, quoniam ſint plene (plane) triſtisſimi ac periculoſi euentus. Quicquid uero (5), in hominum eſt odio, illud humanae ſocietati inimicum. Meretur autem ille contractus odium commune; qui rerum poſſeſſoribus eſt ſuſpectus, ob intentata a pactoribus pericula & triſtiſſimos quandoque euentus. Inde uinculum conſecutionis eſt firmiſſimum: quae pacta humanae ſocietatis merentur odia; quae bonorum poſſeſſori adferunt pericula; quaeque triſtiſſimorum euentuum: illa pacta omnino in ſocietate humana ciuili maxime debent exeſſe. Verum non difficilis eſt ſubſumtio: in pactis de re uiuentis fieri & metui hoc: igitur prono inde fluit alueo; quod haec interdita, natura humana duce, ſint facta & procurata in republica ciuili.

§. III. Neque eſt inſuper habenda formula Iu- ^{4) TEMPORVM ſuorum SECTAE aduerſum.} ſtiniani: quod pacta de re uiuentis SECTA TEMPORVM ſuorum non PATIATVR. Scio in aliis legibus hoc idem eſſe; quam temporum ſuorum iura ſingularia talia non pa-

(3) Tom. I. lib. XI. tit. I. §. 90. ubi iuris regula concepta per epitomen: ignorante rerum domino nullum pactum fieri, patimur.

(4) In c. 58. de reg. iur. in 6. non eſt obligatorium CONTRA BONOS MORES praefitum iuramentum. Nam ea, quae iuris ſunt poſitiui aut ſimplicis conſuetudinis iuriſturandi religio tollere poteſt & contra iuramentum obliga-

re; non autem ea, quae improba per leges naturae.

(5) Scholiaſtes Baſilicorum tom. I. lib. XI. tit. I. ad §. 90. p. 769. explicatius cauſam reddit: ἐπεὶ γὰρ εἰκὸς τὰς ἐλπίζοντας τὴν κληρονομίαν τῶν ἐπιβαλέειν αὐτῶν. Quorum ipſa lex reſpicit in uerbis: quare enim, quodam uiuente & ignorante, de rebus eius conueniunt?

ti. Sed non abs re est, quod THEOPHILVS hanc formulam in graeca paraphrasi reddat: ἀλλότριον εἶναι τῶν ἐυσεβῶν ἀντὶ χρόνων, id est, quod tale quid a ratione religiosorum sui imperii temporum alienum sit (6). Vtrum ergo ad diuinorum dogmatum rationes respiciat, hoc modo loquendi semper, imperator; nolim uel credere uel negare temere (7). Illud autem uerum est: quod legibus decalogi non solum; sed etiam Christi ipsius praeceptionibus iniquum sit: uini & superstitis bona in uotis ponere; multo magis contrahere de illis cum alio (8); licet gentium ille doctor, ex iure gentium, nesciuerit, concupiscentiam esse contra legem (9). Quicquid uero de hac Pauli ignorantia fenerint finxerintque ecclesiae patres: nostra tamen lex non de cupiditate sola agit; sed de pactis, id est, sperati iuris turpi anticipatione. Quae non potest a concupiscentia alieni boni eaque MOROSA, ut scholastici dicunt, abesse (10). Quae ultima igitur negligit omnino officium hominis erga hominem, grauius (11).

(6) In titulo de *legatis* §. ultima.

(7) Nam in *l. 2. C. ad L. Iul. maieft.* formula *sectae meae sollicitudo* notat tantum *sententiam legislatoris*. Sed clarius *l. 2. C. de delatorib.* eadem dictio *sectae temporum meorum alienum esse*, id uult: nostri aevi iuribus incongruum.

(8) Plerumque interpretes in ore tantum hic habent *carnis concupiscentiam*. Sed eadem est omnino *cupidas rei cuiusque alienae*.

(9) Confessio illius clara est in epi-

stola ad *Romanos VII. v. 7.*

(10) Scholasticorum opinio est; esse distinguendum inter *cupiditatem* subitanam & *repentinam* atque *morosam*, id est, *mora* quadam, in animo retentam. Stupendam scholasticorum hic turbam conducit *Steph. BAGVNBETZ* ad *decalog. rom. II. lib. 9. & 10.*

(11) Parit enim *inuidentiam* & *odium* bonorum alterius; unde monstra emergunt insidiarum multiplicium. *Si filius ante diem patrios inquirat in annos.*

§. IV.

§. IV. Siue igitur iuris naturae principium in *so-* 5) PRINCIPIUM
cietatis; siue in *amoris*; siue in *perfectionis*; siue in *commu-* TURIS NATURAE
nis utilitatis; siue in *ordinis mundi*; siue in *primaevae* omnibus ad-
integritatis cultu studioque posueris: facile intelliges; uerfa.
pacta de uiui bonis cum singulis tum uniuersis aduersa &
inimica esse. Quod membratim indice digito ostende-
mus in infima margine (12).

CAP. III.

Num *lex haec congrua* REIPUBLICAE ROMANO?

Si uerum est, quod *Latii leges* elogium mereantur Ius naturae scri-
iuris naturae scripti: in hoc certe interdicto: *ne, de* ptum LL. Re-
uiui bonis aut hereditate, pacta ualeant, *LEGIS & sa-* munae.
nae RATIONIS ornatissima est concinnitas & suauiissima
harmonia. Vltimam perorauimus (1) in capite II. Igi-
tur ordo nunc exigit; ut primae etiam, id est, scripti
iuris Romani momenta expendamus, in hoc eodem ar-
gumento.

§. II. Quemadmodum uero *iuris naturalis* argu- Decretis natu-
tiae lubricae ()* multoties sunt; ut pleraque referri que- rae lubricis opus
ant inter quaestiones, quas TULLIUS academicas dixit, id est iure positio-
est, in utramque partem disputabiles: ita IVSTINIANVS

(12) Qui enim *bonis alterius* in- terdicta aduersus pactores de uiui he-
hiat, cum illo periculi plenissimum so- redio & bonis re publica tollit, uiam-
dalitium; exinde porro non amor, que struit ad uota captandae mortis.
sed odium arguendum; quod destruit (1) Nam ostendimus ibi imperato-
perfectionem; adeoque utilitatem rem, dum pacta de bonis alterius
communem non promouet, sed impe- interdixit, non tam ex imperio egis-
dit & turbat; non minus, quam mun- se; quam ex sana ratione. Ideoque
di ordinem; praeterea rei alienae cu- hoc ipsum philosophiae specimen ma-
pido non integritatis, sed corruptio- gis esse; quam positui iuris definitio-
nis monstruosus partus. Vnde uincu- nem.
lum consecutionis est firmissimum: na- (*) Inde nulla in orbe *respublica,*
turae legibus obstreperere cum; qui in- quae floret regiturque solo iure naturae.
orbi

orbi Romano consuluit laudabiliter, ferendo legem, quae argutiis cuiuscunque sectae imponeret finem. Ne tamen, in hac decisione, egisse uideatur legislatoria magis autoritate; quam sanae rationis usu: ex utraque parte eandem corroborauit (2).

L. ult. C. de pactis EXEGESIS.

§. III. Audiatur ergo ipse imperator & legis uerba, quae sequuntur.

l. 30. C. de pactis.

De praefecto praetorii.

IMPERATOR IVSTINIANVS A. IOANNI P. P.

Principio igitur sciendum est; quod IVSTINIANVS imperator augustissimus DECISIONEM hanc scripserit ad IOANNEM PRAEFECTVM PRAETORII. Hunc etiam praetorii praefecturam gessisse, PROCOPIO autore scimus (3). Quod autem inscriptio legis huius facta fuerit ad PRAEFECTVM PRAETORIO, illud contigit omnino ideo: quoniam huic demandata fuerat res legislatoria (4). Accedit,

munere iudicatio.

(2) Diuinae leges carent prooemio, id est, rationum praeoquiis. Quoniam DEI uoluntas norma est rerum a se conditarum. Sed Latii leges ratiocinationis amplitudine laborant uere. Non tam, ut opinor, populi ergo; sed ob iura doctos iudices & aduocatos. Ut effugerent horum satyras.

(3) Nam in lib. I. de bello Persico cap. 24. eius uirtutes uirtutis describit atque litterarum imperitiam. Demum etiam commemorat: quod ipse praefectura fuerit remotus. Aliquando post pristino praefecti praetorio muneri restitutum fuisse, narrat idem in lib. I. belli Vandalici cap. 10. quod bellum serio & grauisima oratione disqualerit imperatori.

(4) Est hic CASSIODORVS lib. V. in

formula 3. quae praefecti praetorii munera describit, testis luculentus. PATER, inquit, adpellatur imperii; VERBO (non e tabulis & breuiculo) sententiam dicit, cuius est ipse SERMO IUDICIUM. Pene est, ut LEGES possit CONDERE. Quando (quia) potest negotium SINE APELLATIONE finire. POTESTATE nulla dignitas ei aequalis. Vice SACRA ubique iudicat. Gratanter implemus (verba imperatoris sunt) quae ille CONSTITUIT. Cuius REVERENTIA & nos ita constringimur; ut, sine dubitatione FACIAMVS, quae illum DECREUISSE cognoscimus. Sed hoc si uerum est: quid remanet Augusti, quam purpurae inanis umbra ingloriaque seruilis imperii. Requisiueris igitur iure meritoque, unde tanta ad

quod noluerit imperator in ea causam tantum respon-
dere *aduocationis Caesarianae* (4*), instar *rescripti*: sed po-
tius promulgare *sancionem* hanc uniuerso orbi Roma-

Praefecti praetorio potestas.

ministri huius potestas? Per gradus erat hoc culmen conscendendum. *Praefecti* nomen olim uulgare idemque uilissimis muneribus tributum. *Praetorium* idem, quam palatium Caesaris. Vnde *praefecti praetoriani* nomen cuiusque etiam comitis palatini ultimae classis. Verum ex quo imperatores aluerunt *praetorianas cohortes militares* atque hi subessent *praetoriano praefecto*; securitas *augusti* pependit ab illius fide, fortitudine & dexteritate. Ut adeo non possent non esse in *Caesaris* amicitia singulari. Quo factum est: ut non solum *rem militarem* curarent: sed etiam *iudiciariam* & forensem. Ut *adpellationes* quaeque illis insinuantur. Quibus, quod multi imperatores occupari ac distrahi noluerint: hanc spartam illis quoque dederunt exornandam. Conferri igitur possunt omnino cum *cancellariis*, quos pariter *adparitores* uel *ianitores* principio fuisse, constat, usque dum, per eadem fere remedia, tantum conscenderunt & dignitatis & potestatis apicem. Quod docuimus in *comment. ad auream bull. rom. II. tit. XXVI. §. 2. p. 576. 577. sqq.* Fata tamen fortunaeque *praefectorum praetorii* nemo curatius aperuit ostenditque sub imperatoribus diuersis, quam *PETR. FABER semestrium lib. I. cap. 1. 2. §. 3. sq.* Ceterum cruce[m] figit philolo-

gis: quare hi *praefecti praetoriani* Graece nunc *ἐπαρχοι* iterumque *ὑπαρχοι* audiant. In quo luto haeret *ALEMANNVS* ad *Procopii anecdota p. 86.* Siue enim *ἐπι* siue *ὑπὸ* iunxeris uocabulo *ἀρχος*, unum hoc erit idemque. Quoniam ex compositione utrinque dixeris Latine *proprinceps*. Ut adeo frustra finxeris in utroque discrimen. Tantum uero abest *Graecam* uocem cum *Latina* hic congruere, licet *glossatores* omnes & *ἐπαρχος* & *ὑπαρχος* reddant *praefectus praetorii*: ut manifestum potius sit Graecam adpellationem significantiorem rei que nisi prioriorem esse, quam Latinam. Quid igitur? num hoc munere defungi poterit homo *rudis* nullarum literarum? Quod *PROCOPIVS lib. I. de bello Pers. cap. 24.* exprobrat *IOANNI* nostro, uti *nota 3.* dictum? Sed quis nescit, *gratiam* principis mutos ac balbutientes difertos facere; stupidos sagaces; rudes doctos. Et de his portentis dubitare uelle, hoc idem est, quam reum fieri sacrilegii, arg. *l. 2. C. de crim. sacril.* Frustra igitur inculamus nostri seculi mala, propria semper imperiis nunc & olim.

(4*) Curialia haec schemata fuerunt eius aevi; ut principis forensia *mandata, edicta, rescripta, decreta* dirigerentur ad *praetorii praefectum*;

C

no

Ad eum dirigitur
DECISIO
GENERALIS.

Verba LEGIS
momentosae.

IUSTINIANVS
an. 531. respon-
dit problema:
num pacta de re

no (5). Idque formula clariori: *ne uel pactum ullum uel CONTRACTVS in rebus alienis fieret, contra domini uoluntatem.* Quo ipso hanc constitutionem classe 50. DECISIONVM non indignam fore, coniectauimus in cap. II. superius.

§. IV. Sequitur *lex ipsa*, in cuius uerbis, dictionibus & formulis, si quid fuerit subobscurum, illud cursum declarabimus.

De QVAESTIONE (6) *tali a CAESARIENSI* (7) ADVOCATIONE (8) *interroga-*

quasi ab hoc expectanda esset *promulgatio*. Instar *decalogi*, DEI quidem iussu scripti; sed promulgati a *Mose in tabulis*. Euenit autem saepe illud: ut si uel imperator *ἀρχιδυμυτος* uel *praetorianus praefectus*: nominibus eorundem illuderetur orbi Romano, instar *laruarum in scena*.

(5) Quod imperator in lege nostra id sibi proponat; ut ueteris iurisprudentiae ambiguitates tollat; illud formulae quibus utitur, docent satis. Ut pote: SED NOBIS omnes hae *pactiones odiosae*; a nobis *clarius introductum*; *IBEMVS etenim, in alienis rebus, contra domini uoluntatem pacisci, SECTA NOSTRORVM temporum non patitur.* Quae singula eo respiciunt; non tam *respondisse casum dubium* imperatorem; quam *legem tulisse & instaurasse*.

(6) *Quaestio*nis uerbum est multiplicis significatus. Isque uel uulgaris de omni dubitatione & *interrogatione*

uel sigillatim, in criminibus, de modo eruendi ueritatem, uel per *iurisiurandi* religionem uel per *tormenta*. Primus est huius loci pertinetque ad *quaestiones forenses*.

(7) *Caesareae urbis Palaestinae* non obscura memoria neque geographis neque iureconsultis. Vltimis quidem ex *l. si fideiussor. 27. C. de fideiussorib.* ubi *palaestinae aduocationis* pariter fit mentio. *Accursi* autem errorem ita excusare uult *ALCIATVS in tom. II. p. 243.* ad hanc legem: quasi ille respexerit uerbo *Caesareae aduocationis* ad *fiscalinos* aduocatos. Quae tamen coniectura, in tanta luce, non est opus. Neque ipsius *Alciati* ratio omittenda, qui *Caesaream* hic falso credit urbem *Cappadociae*.

(8) *Aduocationem* pro aduocatorum munere, quod frequens in iure barbarae *Latinitatis* in *l. 2. nullus C. de exhibendis reis.*

ti

ti sumus. Duabus uel pluribus per- aliena obligato-
ria sint?
sonis spes alienae hereditatis fuerat,
ex cognatione forte ad eos deuoluen-
da: pactaque inter eos inita sunt
pro aduentura HEREDITATE (9); qui-
bis specialiter declarabatur: si ille Casus.
mortuus fuerit & hereditas ad eos
peruenerit, certos modos in eadem he-
reditate obseruari uel, si forte ad
quosdam ex his hereditatis commo-
dum peruenerit, certas PACTIONES
euenire. Et DVBITABATUR (10), si (11) Rationes dubi-
tandi.

(9) Idem cautum l. 2. §. 2. D. de *festinasset actiones hereditarias in*
uulg. substir. ubi Iuliano IMPROBUS au- TOTVM denegandas.
dit, qui sollicitus est de vivi heredi-
tate. Iuliani autem enuntiatum habes
in l. 27. ira tamen §. 4. D. ad Sct. Tre-
bell. Atque in l. 1. hic titulus §. 21.
D. de collatione dicitur spes praema-
tura anticipatio iniquissima. Cui l. 9. ex
eo C. de inut. stipulat. potest iungi; ubi
omnis stipulatio de successione futura
CONTRA BONOS MORES facta, dicitur.
Addito iuris axiomate: quae, contra
bonos mores, pacta, nullius sunt mo-
menti. Et grauius enunciat PAPINIA-
NVS in l. 29. & 30. D. de donat. Quia
aduersus BONOS MORES & IVS GENTIUM

(10) Omnino quaesueris; quae de-
mum ratio ulla fuerit *dubitandi*? In
tot, nota 9. laudatis, legitimis interdi-
ctis. Verum, quod *plures* fuerint, qui,
distinctionibus uariis interdictum, de
pactis bonorum uiuentis, uel tollere
uel laxare & subuertere conati sunt,
hac DECISIONE augustali omnino opus
fuerat, ad has officias dispellendas.

(11) Particula, *si*, idem iureconsultis
esse, quam *an* uel *num*; illud est a plu-
rimis iam est obseruatum. Exemplo
esse potest formula in praecedente l. 29.
C. de pact. dubitabarur; si oporteret
huius-

Quoniam ſupponant; ſi facceſſerint.

huiusmodi pacta ſeruari oporteret. Faciebat autem eis QVAESTIONEM (12); quia adhuc ſuperſtite eo, de cuius hereditate ſperabatur, huiusmodi pactio proceſſit (13). Et quia non ſunt ita confeſta, quaſi OMNIMODO (14) hereditate ad eos peruentura; ſed, duabus CONDITIONIBVS, compoſita ſunt: ſi ille mortuus fuerit, & ſi ad hereditatem uocentur hi, qui huiusmodi pactioem fecerunt. Sed NOBIS (15) OMNES huiusmodi pactiones ODIOSAE (16) eſſe uidentur & plenae

Rationes decidendi, quod damnata pacta.

Odiſa.

eandem ſcripturam tenere, obſeruari, implere.

(12) *Quaeſtionem alicui facere, hoc idem eſt, quam obicere & obtrectare, dubitationibus obmotis.*

(13) *Haec ratio fuerat decidendi; quia ſit nefas, pacifici de uiui hereditate.*

(14) *Fuerat haec ratio dubitandi: quoniam de hereditate uiuentis non abſolute ſit pactum; verum adiectis conditionibus: ſi fuerit ſuperſtes mortuus; ſiue hereditas, ſiue lege ſiue ultima uoluntate, paſtoribus obuene-*

rit. Quoniam ſapientum haec edicta ſint: quod conditio nihil ponat in eſſe.

(15) *Sequitur nunc IVSTINIANA DECISIO: quod, non obſtantibus hiſce conditionibus, pactum de uiui bonis ſit nihilominus ipſo iure nullum.*

(16) *Quam ſana ſit hic legislatoris philoſophia; illud in cap. II. iam eſt plene expeditum. Interdicti enim commendatio eſt hic requiſita tam ab utili; quam ab honeſto. Primum ſit; quoniam ita tollantur cum odia inter mortales; tum triſtiſſimi euenus peri-*

TRI-

TRISTISSIMI & PERICVLOSI EVENTVS. Tristia, periculosa,
 Quare enim (17), quodam uiuente &
 IGNORANTE (18), de rebus eius qui- alias frustranen.
 dam paciscentes conueniunt? Secun-
 dum VETERES (19) itaque regulas san- Regulae nete-
res contra bo-

cula; alterum quod contra anticipatio rei alienae & bonis moribus & iurigenium l. 29. 30. D. de donat. aduersa

(17) Suspicionis causam hic aperit aduersus pactores de uiui bonis, eo ignorante. Praesumptionem dicimus in iure nostro. Licet autem, quodam iuris axiomate, quilibet praesumatur bonus; fallit tamen illud, si quis se reddat, facto uel pacto, suspectum. Excitauit enim suspicionem in se ideo; quoniam uix alia causa adpareat; quam cupido, aliena habendi, inscio eorum domino ac possessore. Cum uero coniecturae aliorum sint aliae, iuxta hominum ingenia diuersa, placuit legislatoribus causas definire, ubi suspicioni dari uelint locum. Atque hoc idem est IUSTINIANEAE huius decisionis fundamentum legitimum in pactores de re aliena; quod non tam bono, quam malo & fraudulento animo, id fecerint, ob praematuram habendi spem, uti loquitur l. 1. §. 21. D. de collat. Vnde iureconsultorum formulae nouae; praesumptionem aliam iuris esse; aliam de iure. Primam

cedere ueritati & contrariae probationi, non ultimam. Quid igitur in hac lege. Crediderim, in poenae exactio-
 ne contrariae probationi locum faciendum: non autem in pacti nullitate euitanda.

(18) Quod si enim intentio paciscentium de re aliena bona & aequa sit, nilque habeat uitii: quid obstat, quare eius pacti possessorem non faciant certio-
 rem? Sibi igitur tribuerint, si, impingendo contra legem hanc, egerint nihil. Imo pacta legibus prohibita, quis absoluerit a reatu paciscentes temere?

(19) Veteres regulae non tantum de iuribus accipiendae, sed de formulis potius. Quales sunt: quod eius generis pacta de re uiuentis sint contra bonos mores; sint odiosae; sint periculosi; sint tristissimi euentus. Personant enim illis regulae ueteres in corpore iuris ciuilibis passim. Quorum ea pertinent, quae cap. II. scripsimus & hoc cap. III. nota 9. Et contra IURIS REGULAS pacta rata non habentur l. 2. contra D. de pact.

C 3

cimius:

nos mores.

Limitatio: nisi
consenserit sem-
perperseueraverit-
que.

cimus: omnimodo huiusmodi pacta, quae contra BONOS (20) MORES inita sunt, repelli & nihil ex his PACTIONIBUS obseruari. Nisi ipse forte, de cuius hereditate pactum est, VOLUNTATEM (21) suam eis accommodauerit & in ea usque ad extremum uitae suae spatium, perseuerauerit (22). Tunc enim, sublata ACERBISSIMA (23) spe, licebit eis, illo SCIENTE & IUBENTE, huiusmodi pactiones seruare. Quod etiam ANTERIORIBUS LEGIBUS & consti-

(20) Formulam, contra bonos mores, idem esse, quam contra aequitatem & rectam rationem, semel iterumque diximus, autoritate *civilium legum*. Eadem formula regnat in iure canonico in cap. 58. de reg. iur. in 6. non est obligatorium contra BONOS MORES praestitum iuramentum.

(21) Volenti enim tum nullam iniuriam fieri, etiam hic uerum est. Praesertim, quod credendum non sit, consensurum possessorem; nisi fiduciam habuerit boni uiri in utroque paciscentre. Caue tamen dixeris, ita pactores heredes fieri; quoniam pactis hereditas neque datur neque aufertur. Quod recte ad

moment interpretes Fern. VASQVIVS de *success. lib. II. §. 18. n. 199. § 9.*

(22) Grauis est ratio dubitandum imperator, in *ambulatoria* hac uoluntate, respexerit tantummodo ad facultatem, testandi; an uero ad pactores quoque, si quidem facti essent heredes, in modo succedendi aliunde. Deinde an poenitentia haec liberet illos a poena priuationis, uti indignis? Vtrumque adfirmauerim.

(23) Spes acerbissima dicitur, id est, immatura; captiosa; turpis; dura; odiosa; iniqua, significatu Latinis etiam usitatissimo.

tutio-

tutionibus (24) non est incognitum; licet a nobis CLARIVS (25) est introductum. IVBEMVS (26) etenim; neque DECISIO nona & generalis, DONATIONES (27) talium rerum, neque in donationibus, HYPOTHECAS (28) penitus esse ad hypothecis, mittendas neque alium quemquam contractibus. CONTRACTVM (29). Cum in ALIENIS REBVS (30), contra DOMINI VOLVNTA-

(24) Argumenta requisita a contrario. Nam interdicta eius generis quae supponunt; pactum de re aliena esse, domino ignorante; igitur cessat illud, quando illo consentiente, imo, quod euenire potest, eo iubente & mandante quid factum. Ceterum inter anteriores leges & constitutiones principe loco habenda l. 2. nulli C. Theod. de familia hercisc. legislatore CONSTANTINO AN. 327. ubi uerba sunt grauisima: nulli quidem, de BONIS usurpandis VIVORVM nec diuidendis, CONTRA BONOS MORES licentia est: quod si MATER PRAECEPTUM hoc liberis & ad extremum uitae spatium uoluntas eius DURAUERIT, disuasio subsistit.

(25) Habet enim lex haec nostra, praecipui quodam iure, plurima. Licet enim illud sit certum: quod IUSTINIANVS ex pristina lege CONSTANTIANA, hodieque extante in lib. II. tit. 54. Cod. Theod. exscripserit uerborum formu-

las, contra bonos mores; ad extremum uitae spatium perseuerauerit: ipse tamen in sua hac decisione plurimis dubitationibus causisque ambiguis imposuit finem.

(26) Formula est non iudicis; sed legislatoris. Ut adeo lex nostra 50. decisionum classem omnino mereatur.

(27) Si dono dederis Titio aedes Meuii, uiuentis & ignorantis.

(28) Si hoc nexu obligaueris tuam hereditatem uel totam uel eius minimam quoque rei immobilis speciem.

(29) Insanum erat; quod aliqui interpretes existimauerint: olim nuda tantum pacta de re alterius uiuentis locum non habuisse. Qui tamen dandus esset contractibus formulariis. Hinc opus fuerat significantioribus uerbis: neque alium quemque contractum.

(30) Siue hereditariae sint, sin minus. Licet in ultimis l. stipulatio 37.

TEM

paſſio de re alie-
na ſc̄tae tem-
porum aduerſa.

Datum 531.

TEM, *aliquid* FIERI (31) *uel* PACISCI, SE-
CTA TEMPORVM (32) NOSTRORVM *NON*
patiatur. Dat. Kalend. NOVEMBR.
Constantinopoli, POST CONSVLA-
TVM (33) LAMPADII & ORESTIS. VV.
CC. 531. (34).

LEGES praefe-
rendae opinio-
nibus iſtor. fal-
laciis.

§. V. Unica igitur haec lex ſatis ſuperque ſuffi-
cit; ad diſpellenda & damnanda *paſſa rei alienae uiuus* &
ſuperſtite imo & ignorante eius domino. Et quemadmo-
dum larga eſt ſeges *exegetarum* & commentatorum *iuris*
Romani; cum uniuerſi, tum ſigillatim ſingularium le-
gum: ita neque noſtrae *legis* interpretes deſunt peculia-
res. Sed cum horum plerique uagentur extra oleas,
quod, eius occasione, excurrant amplius iuſto ad mul-
tiplices rei teſtamentariae quiquilias: eos igitur relin-
quimus ſuo loco.

Interpretes le-
gis ſingulares.

§. VI. Inter illos autem, qui hanc *legem ſin. C. de*
paſſ. ſingularibus libellis ex inſtituto, ſuis commentis, illu-
ſtrarunt, in ſupelleſtili mea adferuantur, ſequentes.

§. 4. *D. de uerb. oblig.* exteſ ſingula-
ris.

(31) *Fieri*, habet in complexu om-
ne id, quod *accidere* aut *euenire*
poſteſt ullo modo. Quod uerbum la-
tius patet, quam *paſtum*.

(32) De hac *formula cap. II.* eſt
actum. Addendum hic: quod pariter
is modus loquendi non *iudicis* ſit; ſed
legiſlatoris.

(33) De hac *formula: poſt conſu-*

latum, abunde ſcripſimus *cap. II.*
oſtenſis eiusdem ambiguitatibus & fal-
laciis.

(34) Cum nomina utriusque huius
conſulis obſcura fuerint; deinde uix-
erit uterque *Romae* in *occidente*: mir-
rum eſſe non debet; quod in aliis eius
aevi *conſtitutionibus* illa ſaepe ſint
omiffa & neglecta. Verum deſuit iſti
aero alius *temporum computus*, quam
conſularis.

Fran-

Franciscus CVRTIVS (35) & Ludouicus GOZADINVS (36); Moles voluminum REPETENTIS & TRACTATIVVM in varias iuris ciuilibus leges (37). Praererea ALCIATVS (38); VASQVIVS (39); Harm. PISTORIS (40); DAVTHIVS (41); STRYKIVS (42) & centum alii, in hac lege enucleanda, admodum foecundi. Sed plerique millies dicta reperunt, battologi inertes sat.

(35) In uolumine VII. REPETENTIVM p. 202.

(36) In uolum. VII. eodem p. 204.

(37) Cameli robur fatigauerint hi REPETENTES tam *ciuiliu legum*; quam *canonum & capitulorum*. Pompeium LIMPYVM collectorem habent; mille *autorum*, qui *leges & canones* explicarunt sigillatim, particularibus libellis. *Corpus iuris ciuilibus* absoluit grandioris formae uolum. 9. edit. *Vener.* 1608. f. Et totidemque *ius canonicum* edit. *Coloniae Agrip.* 1618. f. Et quemadmodum in his collecti sunt *autores legum & canonum singularium*: ita TRACTATVS TRACTATIVVM fiunt *peculiarium materiarum* in utroque iure *commentatores*. Inuentum illud opus *ter* prodiit nouissimaque editio sua fere laborat magnitudine pretio *centum* pluriumque *imperialium*. Quod tamen meretur illud ideo; quoniam plures doctissimos libellos conseruauit, pridem uel deperditos uel rarissimos inuentu. Sed haec in gratiam *iurisprudentiae librariae* cultorum. Et quemadmodum tot capita multiplices quoque sententias producunt; ut pleraque, nisi *omnia iuris argumenta problematica* sint & acade-

mica uere: ita mirum non est, idem quoque in l. 30. C. de pact. euenisse.

(38) In *rom. III. operum* p. 242. sq. licet in his exulet fere *Alciatus* in *Alciato*. Nam barbari acui interpretum opiniones tantum recenset multiplices, qui ad sensus partium magis scriptae, quam ad iustitiam et ueritatem.

(39) In *tribus libris de successio- num creatione, progressu et resolutione part. I. lib. II. §. 18.* Proderit is illis, quibus uolupte est, opiniones communes opponere communibus, quique promittunt sibi e numeris ita sententium ueritatem.

(4) Maximi faciendus est ille; quod practico iudicio, quo pollet, peregrinorum interpretum quisquilias discusserit. Idque praestat in hoc argumento singulari *rom. I. quaest. 1. 2. 3.* cum notulis adiuicialibus *Modestini* PISTORIS, filii sui.

(41) In opusculo peculiari de *pactis renuntiatuius*. Sed est ab illo nihil dictum, quod non dixerunt antea alii.

(42) Tam in *usu moderno*; quam in *peculiari tractatu de successio- nibus*. Infra videndum; num causas habeat idoneas, deserendi hic cum *Schiltzero* castra Latii.

D

CAP. IV.

CAP. IV.

De moribus Germanorum, aduersus pacta de bonis alienis in scio eorundem domino.

ICti patriae aduersus l. 30. C. de pact.

Densae, sed uagae tamen, cohortes sunt patriae iureconsultorum; qui, sprete hac Latii lege 30. C. de pact. nobis persuadere hic uolunt Romani & Germanici iuris differentias. Adprobant namque pacta de alienis uiui bonis per iura patriae; quae Romani in re publica sua, omnino damnarunt dirisque deuouerunt. Quod uidimus in cap. III. praecedente.

Qui differentiarum patronus alias, nunc autor harmoniae.

§. II. Noli succensere nobis; contra hic sententibus. Qui enim tanta & nunc & olim sollicitudine indagauimus utriusque iuris DIFFERENTIAS (1); in hac causa contendamus PRO utriusque iuris CONCENTV suauissimo optimaque harmonia. Nihil autem sensibus dandum; sed iustitiae & ueritati.

1) Thematidis defensio.

§. III. Illud ergo agendum nobis est: ut primo sententiam nostram tueamur; deinde confutemus ea, quae nobis, in hoc argumento, obesse uidentur. DEI numen adsit dicendis.

2) Obiectionum dissolutio.

PROBATIO thematicis.

§. IV. Sic igitur thema nostrum hoc:
pacta de bonis alienis, in scio

(1) Si in hoc differentiarum, Romani & Germanici iuris argumento, meis lucubrat unculis aliquid tribuerim, prae aliis Germaniae iureconsultis; illud fieri omnino poterit sine adrogantiae aut iactationis nota. Licet enim plurimi Germanici iuris libri scripti sint: agunt tamen plerique eorum de patriae instituti. tantummodo, quae recentent

firmantque legibus mediique acui monumentis. Contra autem, quae nos scripsimus; illa conferunt Romana cum Germanicis iuribus; ut iuxta se posita clarius lucefiant. Ita quoque auditores et lectores proficiunt in utriusque iuris facultate & rationibus diuersis, peculiaribus cuique rei publicae.

eorum-

eorundem domino, etiam in Germania regno esse improba & illicita.

Quicquid a turba doctorum ex contrario contendatur; non leui, ut putant, rerum & rationum adparatu.

§. V. Principio illud, fundamenti instar, mihi praefumo: quod in ipso etiam paganismo, apud Germanos plus BONI MORES ualuerint, quam alibi bonae LEGES (2). Vnde propositio, idque a contrario sensu: quicquid igitur BONIS MORIBVS aduersum est; illud exulauit omnino a Germania quoque pagana. Atque, eorundem Romanorum iudicio, qui BONOS MORES Germanis instar legum esse, testati sunt, pacta de uini bonis CONTRA BONOS MORES esse, satis superque cap. II. & III. dictum. Vnde prona consecutio; pacta de alienis rebus, in scio domino, in Germania nostra antiquissimis quoque temporibus turpia & illicita fuisse. Pudeat igitur Germaniam christianam illis pactis frena laxare; quae maiores eorundem, ut scelerata & improba, auerlati sunt.

I.
bonis moribus
aduersa Germanis
flagitium.

(2) TACITO autore de morib. Germanorum cap. XIX. Verba eius sunt haec: Numerum LIBERORVM FINIRE aut quenquam ex agnatis NECARE, FLAGITIVM habetur. PLYSQUE IBI BONI MORES VALENT; QVAM BONAE LEGES. Egerat autor in antecedentibus, de finiendo numero liberorum, quod Latio fuerat admodum familiare. Idque nunc expositione infantum; iterumque procuratione abortus, reliqua. Deinde ait, agnatum necare flagitium esse. Quo ipso impetit Romanorum hereditetas insidiatorez vitae alterius. Quod utrum-

que Latii LEGIBVS aduersum; quoniam illud iam probrosum: PACISCI DE BONIS ALIENIS DOMINO eorum IGNORANTE. Harum autem Latii legam auxilio opus non esse Germanis; quod, loco earundem, BONIS illi MORIBVS regantur auerlenturque omnes eius generis contractus, bonis moribus aduersos. Trucibus harpyis congruas magis; quam Germanis, boni moris tenacissimis. Non igitur l. 30. C. de pact. fuerat opus; quia hanc ipsam supleuerunt, non sustulerunt boni mores.

D 2

§. VI.

II.
TESTAMENTA
exularunt a
Germania, inde
pacta de heredio
uiuents bonis
moribus aduer-
sa.

§. VI. Deinde *successorius ordo legitimus* fuerat Germanis, ex sanguinis tantum propinquitate & **NVL-
LVM TESTAMENTVM**, neque locus ullus ultimae uolun-
tati (3). Igitur iste etiam mutari non potuit ullo un-
quam modo (4). Imo, quod est magis, ne quidem
*contractu inter uiuos quoque; nisi consenserint eidem libe-
ri &*, his deficientibus, cohors *propinquorum* (5). Non
reperi, in haec patrii iuris arcana, alios ullos penetras-
se. Sed quid haec, ad nostri *interdicti*, aduersus *pacta
uiuents*, obseruationem. Id uolo, populos Latii *tes-
tamenti* ideo locum fecisse; ut cauerent *pacta de spera-
ta uiuents hereditate*, id est, Mortis captandae stu-
dia (6). Contra ab his insidiis Germaniae *bonos mores*
abfuisse; igitur nullam illis fuisse causam neque *testa-
mentorum* in eorundem republica neque *interdicti* ad-

Quare Romani
introduxerint
testamenta; Ger-
mani improba-
uerint illa?

(3) TACITVS *de morib. Germ. cap. 20.* quia *heredes* cuique *liberi*, quadam pa-
trii iuris *necessitate*, excludente libe-
redes *successoresque sui cuique liberi* ras moribundorum uoluntates. Errant
et **NVLVM TESTAMENTVM**. Si *liberi* etiam, qui *liberis* hoc dant, non *pro-
pinquis*. Quos TACITVS enim contun-
gunt, diuelli inuicem nequeunt. Errant,
qui Germanorum *paupertatem* causam
habent. Opulentissimi ueteres, non num-
mis; sed latifundiis, pecudibus, feruis.
(4) Insanae sunt argutiolae eorum; (5) Illud olim iam docui probauisque
qui perhibent; *solemnia* tantum *testa-
mentorum* Germanis ignota fuisse: non mille Germanici moris exemplis. Nam
item *uoluntatem* ultimam simplicem bona *gentilitia* fuerunt, id est, propria
absque solemnibus. Sed rerum patriae *gentilitati* uniuersae.
illi ignarissimi: quoniam, ut statim (6) Torquent se alii huc illuc: ut
probabo, *gentilitia* illis *successio* tan- causam *iuris testamentarii* idoneam
tam in usu. Adeoque nihil potuit fieri reddant apud Romanos. Mihi sola pro-
uel in *liberorum* uel in *propinquorum* batur haec: quod ita obicem ponere
aura quae sita, omnino iam stabilita *mo- uoluerint hereditatis*. Quorum *insu-
bis*, ultimae uoluntatis nullo attempto mo- diae aliter non potuerunt eludi, quam
do. Quo sine etiam TACITVS *l.c.* quare *nul- ultimis uoluntatibus ambulatoriis ad
lum* eis *testamentum*? causam addit; tumbam usque. uersus

uerſus paſſa de hereditate uiuentis (7); bonis moribus ſtabilito ſat.

§. VII. Scripſimus: ubi teſtamenta nulla; ibi etiam paſſa, de heredio uiuentis, bonis moribus fuiſſe aduerſa. Nunc etiam eruemus illud: quod ubi ſucceſſio non niſi gentilitia fuerit: ibi quoque paſſa de uiui hereditate fuiſſe fruſtra & contra bonos mores. Germanico autem iure ſucceſſio alia non fuerat, quam gentilitia, id eſt, praeter gentilitatem alia nulla attendenda (8). Et hoc cum uideatur noſtris etiam iureconſultis paradoxon; operae pretium erit, eius inſtituti patrii ſingulariorem habere rationem.

§. VIII. Praecipue ſciendum eſt: quod Germania, inſtar Palaſtinae, principio ſtatim diuiſa fuerit in ſuas gentilitates, aut tribus; in uernacula Stämme, Ge-

III.
Vbi ſucceſſio
GENTILITIA eſt;
ibi paſſa de heredio uiuentis
contra BONOS
MORES.

Succeſſionis
GENTILITIAE
fundamentum,
ignotatum uulgo.

(7) Inſana ergo ratiocinatio iureconſultorum, quos infra refellam: quia in Germania ceſſant hereditarum infidiae; ergo licita ſunt paſſa de heredio alieno. Contra potius atque ita arguendum: quoniam bonis moribus Germaniae hereditarum ſtudia ſunt aduerſa; igitur contra eodem bonos mores eſt, paciſci de uiuentis heredio. Axioma enim iuris eſt: quod in termino eſt prohibitum, illud prohibitum eſt in uia. Summatim TESTAMENTORVM CAUSA Eſt HEREDITARIAE apud Romanos; contra, hereditatis ceſſantibus, in Germania, NULLVM TESTAMENTVM ideo Germanis. Porro: ad cohibenda paſſa de bonis alienis, opus fuerat LEGIBVS Latii; non in Germania illis opus, quoniam, illarum loco ſuffecerant BONI MORES.

(8) Neque enim in poteſtate uiuentis fuerat, aliud uelle. Ob rationem non ſolum hanc: quod fruſtra attendatur uoluntas eius, qui deſerit uelle: ſed praecipue ideo, quod reſpab' ca Germaniam gentilitatibus, non alia lege, diſtribuerit, quata ut, ſucceſſorio ordine, a TACITO de M. G. cap. 19. commemorato, terra perpetuo aeternoque nexu gentilitia eſſet & penes eandem gentilitatem perſiſteret. Quod CAESAR nos docet lib. VI. de bello Gallico cap. 22. Germanorum nec quisquam agri modum aut fines proprios habet. Sed magiſtratus ac principes GENTILIVS cognationibusque, qui VNA COIERVNT, quantum eis eſt quo loco uiſum eſt, ATTRIBVNT agri. Quod idem eſt, quam reducere palaſtinae, in ſtirpes diſtributae, memoriam.

D 3

Schleebrev

schlechter (9). Quod cum ita euenisset; communi **POVLI AVTORITATE**, *proprietas patriae territoriorum fuerat penes GENTILITATEM VNIVERSAM*; *utili dominio tantum assignato FAMILIIS diuersis gentilitatis tamen eiusdem* (10). Vnde clarum est illud: quod *privatorum pacta de heredio uiuentis & superstitis nullam peperint obligationem*. Quoniam *gentilitiae successionis iura*, utpote publica, non potuerint, *privatorum pactis immutari* (11). Neque enim *ipsis heredibus*, mortuo possessore, maior esse potuerit *autoritas*; ut his plus *liceret*, ceu *heredibus speratis*, quam *ipsis hereditii possessoribus legitimis*. Vnde clarum est; non licuisse illis *super spe hereditii alieni pacisci* (12).

Transitus ab una parentilla in aliam, confraternitate.

§. IX. Quid uero si *expirauerit* aut fuerit huic *casui familia uicina*? Tum quidem *gentilitas*, parum foecunda, *adoptauit ex aliena familia ampliori aliquem*, *instar confraternitatum nostri aevi*; vt, *ille parentela seu*

(9) Docuit nos id ipsum **I. CAESAR lib. VI. bell. Gall. c. 22.** Quem locum exscripsimus nota praecedente. Et explicatius in opusculo *de lege caducaria* cap. VII. §. 4 p. 32. 33.

(10) Neque enim *gentilitates* se distrahere inuicem potuerunt; ne *stirpium & stemmatum* confusio posset existere. Quod pariter *iure Ebraeorum* cautum. Hinc etiam matrimonia contraxerant uel cum muliere ex sua *gentilitate*, quod pariter fuerat Ebraicum, uel, si, extra eandem, aliquis iniret *connubium*, illud fuerat contra legem & mulieris nomen expunctum ex illa gente.

(11) Quod sana ratio iubet, illud ciuile praecepit iuris axioma in *l. 33. D. de*

pact. ius publicum (id est, *populicium*, *populorum*, ut olim status Latii fuerat *popularis*) *privatorum pactis mutari non potest.*

(12) Peccauissent omnino *pastores* in ipsam *republicam*. Licet enim hinc *captanda* non fuerit *mors possessoris*: erat tamen hoc ipsum *turpe & naturali rationi* aduersum, transigere de *tertii bonis*, eo ignorante. Neque enim *insidiarum* merus solus exhaurit *legis ult. C. de pact. causas*: ut potius uel spe inhiare rei alienae, *humanae rationi*, id est, *bonis hominum moribus* sit aduersum. Quod thema sollicite tractat **COVARRVVIAS in part. II. relect. ad c. quamuis de pact. in 6. p. 274. sq. parca-**

parentilla, id est, propria gentilitate deferta (13), tranſiret in alienam adoptiuam ideoque ſucceſſoria iura pariter conſequeretur (14). Romani quidem moris fuerat, adoptare liberos tantum; ſed Germanorum adoptio nonniſi fratrum fuerat idque ratione longe magis conſulta (15).

§. X. Vti autem hoc modo, dixeris, hereditaria *paſſa* de uiuentis hereditio contra bonos mores. Vnde *paſſa* de uiuentis hereditio contra bonos mores. *paſſa* faceret de uiuentis hereditio contra bonos mores.

(13) Teſtatiſſima eſt formula de parentela ſe tollere, id eſt, gentilitati ſuae mittere nuntium. Nam in Germanico dicimus quosque cognatos *Vaetern*, id eſt, parentes; igitur idem hoc fuerat, quam relinquere & deſerere gentilitatem, *der Vätterſchaft, Geſchlecht, Stammsverwandſchaft*. Publica uero autoritate hoc ſiri debuerat, quod praecipit LEX SALICA tit LXIII. hoc ſoleni ritu: *Si quis de PARENTILLA tollere ſe uoluerit in MALLVM* (locum iudicii) *aut in TVNCHINIYM* (einen Dingſtul) *admallare* (ambulare) *debet, & ibidem quatuor ſuſtes ALVINOS* (von Ellernbolz) *ſuper caput ſuum frangere, in quatuor partes* (orbis plagas) *iacere debet, & ibi dicere: quod & de IVRAMENTO & de HIREDITATE & de de roza RATIONE* (malleum legere natione, pro gentilitate) *illorum tollat, & nulla ad illum compoſitio HEREDITATIS perueniat.* Doctiſſimus FRESNEVS ad Ioinuillam diſſ. XXIX. p. 330. hanc tantum ſublatae parentillae cauſam adfert, ſi caſtra ſequi noluerit, ad iudicium conglobatorum cognatorum, ſi quis inter illos fuiſſet laeſus.

Noluit enim extra oleas propoſiti argumenti uagari; quod fuerat: *de iure belli priuati.*

(14) Et nunc & olim moribus Germanorum uetuliſſimis hoc fuerat fere quotidianum hodieque uſitatum. Extant hoc ſine libri peculiare, a Germanis de *ganerbiatibus, confraternitatibus* ſcripti in ſolidum. Cauſas antiquiſſimi inſtituti reddidimus in *uita Iuſtiniani M. c. 8. §. 86. not. 43 I.* nec minus in *comment. ad AVREAM BVLLAM rom. I. tit. 7. §. 5. p. 749.*

(15) Sed quid de *unione prolium?* Cauſa eius fuerat teſtatiſſima illa *bonorum inter coniuges communio*. Quam latiſſime quondam per Germaniam fere uniuerſam obtinuiſſe; plurimum etiam hodieque cultam, oſtendimus in *opusculo de diſſortium liberorum ſucceſſione*, quod habetur in *miſcellis rom. II. lib. IV. opuſc. 7. p. 1294.* Verum, priſtiniſſimae Germaniae moribus, neque hoc fieri poterat, in adſignatione *bonorum immobilium* gentilitatis nexus. Ibi *naturalibus* enim praeter *adoptiuis* fuerat *ius quaeritum.*

tis

tis heredio: ita facile est ad reponendum. Primo quidem, bonos mores loco eius fuisse (16). Deinde, si quando hereditii possessior insidiis periit: omnes propinqui de parentilla illius suspicionem in se excitarunt, quam purgare tenebantur iurisiurandi religione (17). Ut causae nostratibus iureconsultis non sint, Germanos ab hac insidiarum macula omnino absolueri ideoque interdictis contra eius generis pacta de superstitis heredio exilia indidere. Atque hoc idem noui argumenti causa est; cum mores non sufficiant, legem hanc Iustinianeam grata quoque mente colendam in patria etiam republica (18). Ne, expungendo illam, uia aperiatur ad captandae mortis pericula. Quo enim fine LONGOBARDI, eiusdem olim nobiscum ciuitatis, in suis legibus acriores statuisent poenas in illum, qui intentaret mortem agnati uasalli (19). Certe non boni; sed mali mores causa fuerunt maioris apud eos supplicii.

Neque Germaniae desunt hereditariae.

Igitur lex facienda maxime.

Vri Suisis,

(16) Nam quo certior fuerat gentilitia successio: eo magis flagitiola pacta, ad hanc inuertendam? Peccabatur in rempublicam popularem, gentilitiae successiois autorem; deinde hereditii possessorem; demum in ipsam gentilitatem.

(17) Cum homicidiis Germani famosissimi fuerint: quis dubitauerit de pessimis hereditariis? Qui, bonis moribus neglectis, captatores fuerint bonorum alterius superstitis & captio-num ignari. Sermone uulgi hodieque personat in patria improba uox: *Wären zwey Augen todt, so käme ich aus aller Noth!* Id est, utinam mortuus esset ille; ad cuius hereditatem

uocor lege aut pacto. Est haec ipsa causa interdicti in *l. ult. C. de pact.*

(18) De bonis alienis pacisci, hoc idem esse, quam officiorum obliuisci, quae homo debet homini, in societate tam naturali, quam civili, dictum est probatumque cap. II. Praeterea non captionis tantum pericula hic cauenda; sed ipsam pactorum turpitudinem exterminandam e republica, COVARRVVIAS nos docuit in part. II. relect. ad c. quamuis de pact. in 6. Si igitur primum, in tanta Germanorum integritate, non timendum, quis bonus indulserit in patria ideo alterum?

(19) Decretum Longobardicum nobis ignotum est. Nam semel iterum

§. XI.

§. XI. Quid dicam de iuris Romani in Germania RECEPTV usuque forensi? Do, hunc esse nonnisi sub-fidiarium, eo casu, si patria *instituta nobis desint*. Verum quid si *ambo congruant* inuicem, quod ostendimus (20); nonne tum *duplex uinculum* arctius obligabit? Pestilentissimus autem error illorum; qui leges Latii ob *uim rationis* tantum commendant nostris tribunalibus. Hoc enim idem esset, quam easdem facere *ridiculas & cum comicis naeniis & fabulis conferre* (21). Stat igitur thema: ubi patriae leges deficiant, ibi locum faciendum iuri Romano, neque iureconsultorum genio, siue malo siue bono; aestimandum.

IV.
RECEPTVS IURIS
ROMANI IN GER-
MANIA LEGITIMUS,
NON Pendet a fallaci
arbitrio doctorum

§. XII. Ne tamen existimes, pugnare nos in castris omnino desertis; en quoque nobiscum facientia tam STATVTA; quam SENTENTIAS probatae fidei iureconsultorum (22). Principio nullus dubito, huc re-

V.
IVRA GERMANICA
uolunt idem

que illud inculcatur *I. F. 5. cap. iterum* atque *2. F. 24. & 37.* Praecipue autem attendenda uerba & rationes *2. F. 37.* feudum amittit: *si FRATREM suum INTERFECERIT ad hoc: ut totam HEREDITATEM habeat.* Nam *fratris* sub nomine intelligitur quisque *simultaneus* successor uasallus. Vnde clarum est, *beredipetis* in *Longobardia* hic penam scribi. Quos non *sinxit*; sed reperit in *Longobardis*, Germanis, decreti lator.

(20) Quod Latii *lex fin. C. de pact.* prohibet; illud interdicunt in *Germania boni mores*, TACITO *de M. G. cap. 20.* celebratissimi.

(21) Scio, non desse, tales blatterones,

inter ipsos etiam patriae iureconsultos nominis non nullius. Sed, uel *contradicendi* studio ac libidine, illi gaudent uel *ignorantia* laborant rerum *forensium*, in summis etiam imperii tribunalibus uel etiam ad *sensus* illorum scribunt, quibus *legum Latii* studia nimis sunt molesta uel demum *haclaua* tegere uolunt sui, in hoc studii genere, inicitiam.

(22) Licet enim *Romani iuris*, in foris *Germaniae*, autoritas non pendeat a *docentium* aut *iudicantium* opinione uel dictatura: ne tamen quis ad hunc scopulum offendar, etiam castra nostra, hoc cohortali praefidio, instruemus.

E

ferre

SVEVICVM.

ferre SVEVICI IVRIS editum (23): VXOR MARITO NEQVE DARE NEQVE PROMITTERE POTEST EA, QVAE EX HEREDITATE SPERAT: IDEMQVE NEFAS EST MARITO ERGA VXOREM. IMO PROHIBITVM EST HOC IPSVM CUIQVE HEREDI SPERATO: *ita pacisci de superstitis heredio*. Torquere uult SCHILTERVS haec uerba in alios sensus; collo oborto (24). Sed clarum est, respexisse *speculatorem Sueuum* ad nostram hanc *legem 30. C. de pact. adeoque Germaniae nostrae fora ab eadem non abhoruisse* (25).

SAXONICVM.

§. XIII. *Sueuico iuri succedat Saxonicum, uerius MAGDEBURGICVM* (26), his uerbis conceptum uersione

(23) Verba SVEVICI SPECULATORIS *artic. 274. Meichsuerianae editionis* in uernacula haec sunt: *Ein Weib mag ibrem Mann kein Erb geben; das sie dannoch (noch nit) nit-geerbet hatt und das sie noch wartet; zu erben, mag auch desgleichen der Mann seinem Weib. Also mag auch niemand dem andern kein Erb geben, der es nicht geerbet hatt.* Quo enim sine *speculator*, tribus casibus causisque diuersis, hoc idem inculcasset; nisi intendisset hoc sigillatim uniuersimque: *de iuri heredio pactiones cuiuscunque generis, ipso iure cassas & irritas esse.*

(24) Fingit SCHILTERVS *in exercit. IIX. §. 4. p. 279.* exegesis, aberrantem a scopo, hanc; inepte & ridicule quidem: *annulat lex TRADITIONEM aut legatum hereditatis non acquisitae; non pactum aut promissum de casu acquisitionis.* Prouocat ad ex-

ercit. XXX. §. 59. p. 400. Quid uero ibi: quare autem hereditas sperata uendi nequit? ipse respondit autor: *quia contra bonos mores est, de uerentis hereditate pacisci; plane consensu domini requiritur.* Optime haecenus. Sed addit, non conueniens hoc esse iuri Germanico. Adeoque contradicit SVEVICI IVRIS *speculatori*, quem tanti facit alibi. Noua autem sua exegesi nihil efficit.

(25) Vtrinque uim facit SCHILTERVS *iuri Sueuico*, siue enim de *pactione siue de uenditione herediti, in scio domino*, hoc intelligat, perinde est. *Domitiana* autem est quaestio de *possessione*? Haec enim tam a *pactione*, quam a *uenditione* abest longissime. Sed quantopere in transuersum agit *autores praecipua & praesumpta opinio.*

(26) Ius hoc in *Magdeburgica* urbe natum; a scabinis *Magdeburgicis* exclusum, conceptum ac conditum; imo

EX

ex uernacula: *improbum & iniquum est; heredia petere ob*
PACTA inita, non ob SANGVINIS PROPINQVITATEM (27).
 Licet enim subobscurae nostris temporibus eius for-
 mulae sint: illud tamen hic clare definitum est; PA-
 CTIONIBVS de heredio nihil esse deferendum. Quod uero
 adiiicit speculator: nisi firmitatem fuerit pactum iudicis au-
 toritate (28), non est huius loci.

§. XIV. Excusserit denique ruborem sententi-
 bus ex aduerso uetustissima maiorum nostrorum lex;
 in CAPITVLARIBVS (29) *decisioni Iustinianae respondens*
 ex affe. Dabimus uerba ipsa: *Nulli quidem de BONIS*
usurpandis VIVORVM nec diuidendis, contra BONOS MORES,
concessa LICENTIA EST. Sed, praecipiente (permittente)
PATRE, diuisionem, ab eo factam, durare. Si modo, usque
ad extremum eius VIVENDI spatium, uoluntas eadem PERSE-
VERASSE, doceatur. Est quidem haec constitutio uerba-
tim exscripta ex CODICE THEODOSIANO; Francis Caro-
lingis familiarissimo (30). Sed quid inde? Contra,

VI.
 CAPITVLARIA
 FRANCORVM l. 39.
 C. de pact. pro-
 mulgant nouo
 instituto.

hoc nomine tantum *Poruffis, Polonis, Bobemis, Silesis* salutarum cogni-
 tumque: semel iterumque dixi, indica-
 ta *Saxonici nominis* nouitate cau-
 saque.

(27) *Lib. II. Magdeb. Landr. art. XXX.* uerba sunt haec in sermone uul-
 gari: *Wer ihm (einem) Erbe zusaget*
nicht von Sippsehaftt oder Erbe (nam
 uox *heredis*, usu iuris Germanici, si-
 gnificat, *naturalem*, einen *Leiber-*
Erben); *sondern von Gabe* (ad dona-
 tionem respicitur) *oder Gedinge* (pa-
 ctionis hic mentio fit) *das solle man*
halten vor unrecht.

(28) Nostra parum interest, *resta-*
mentane solennia hic intelligas uel a

liud quid. Nam lex nostra *ult. C. de*
pact. illas tantum pactiones diris deuo-
 uer; quae initas, *in scio hereditii posses-*
sore.

(29) Inuenitur in capitularibus
Caroli M. lib. VII. cap. 328.

(30) Iisdem uerbis *constitutio* haec
 promulgata olim a CONSTANTINO an.
 327. atque in *codicem Theodosianum*
 relata l. 2. *nulli C. Theod. de fam. ber-*
cisc. Quam eandem etiam recitau-
 imus superius *cap. III. not. 24. p. 23.*
 Nam IUSTINIANEVS codex tum fuerat
 parum cognitus populis extra imperium
 Romanum. Contra autem *Theodostia-*
ni cum ipso christianismo autoritas
 magna. E 2 maiori

maiori ideo fiducia, adfirmari & defendi potest: *pacta de heredio uiuentis, inscio eius domino, Germanis* aequae interdictionis fuisse, quam Romanis ipsis: porro creditum etiam hoc, *contra bonos mores eius generis* pactiones fuisse olim. Qui cum, seculi uitio, non sufficerent: e re credidisse Germaniae legislatores, ideo promulgare COMITIALE DECRETVM (31). Explodendi ergo sunt nostri aevi iureconfulti: qui eximunt ciues nostros, ab eius generis reatu & *heredipetarum* insidiis (32).

VII.
STATUTA l. 30. C.
de pact. con-
grua.

§. XV. Ceterum *statuta diuersorum Germaniae* nostrae locorum hic conducere, nimis esset prolixum (33) neque esset forsitan e re. Nam confugere

(31) Est hoc imis sensibus notandum. *Principio* enim, ex tanta legum Romanarum mole, Francorum reges nullam fecere suam, nisi reipublicae salus & necessitas requirere, uiderentur. *Deinde* hoc ipsum euenit non temere aut factio unius uel alterius consiliatoris; verum ex generali regis, procerum ac populi decreto. Propterea de *legis forensi, in Francia, usu dubitari* nequit.

(32) Quasi *Francorum posteris* luti essent melioris, quam eorundem fuerint quondam maiores, fide christiana iam imbuti. Contra autem argui credique solet: quod orbis ruat in deterius semper. Quare insanus est eorundem conatus; qui legem, in *Francico & Germanico* olim imperio florentissimam, exturbare audent e reipublica nostri aevi.

(33) Ipse SCHILTERVS agnoscit, *statuta HENNEBERGENSIA* facere cum l. 30. C. *de pact. hodieque*. Idem de *ERISIAE* moribus testatur SANDE *lib. IV. decis.*

Fris. tit. 5. defn. 19. Idem de VLTRAIECTINA curia repetit RADELANTIVS *decis. 93.* Idem de HISPANO BELGIO *Perr. PEKIVS lib. I. de testam. cap. 8.* Idem de GERMANIA nostra *Henning. CODEN conf. LXXII. n. 9. & GAILIVS lib. II. obs. 126. n. 8.* Singularis est & Germanica SCHVRRFII religio, prodita *STRVIO cap. VII. §. 5.* qui credidit, laedere se *conscientiam*, si acceperit a principe indultam *feudi* alicuius *expectatiuam*. Idem de GALLIA *Bernardus AVTVMNVS*, litteris peritiaque utriusque iuris *Gallici & Romani* egregius collator dans *la conference du droit Francois avec le droit Romain tom. II. lib. II. tit. 3. p. 57.* ubi *legem 30. C. de pact.* rationibus exemplisque illustrat, ex Graeca et Francica historia conductis. Idem de HISPANIA *Anton. GOMELIVS ad Legem Taurinam XXII. num. 30.* quam sententiam munit auctoritate *Bartholi*, Hispanis legitima. De ITALIA eo minus dubitandum censent auctores; quod eodem interdictione

solent illi, qui ex contrario sentiunt, ad latibulum hoc: quod prouincialium legum conditoribus *glaucoma* imposuerit *iuris Romani* (34). Quasi uero his legumlatoribus ignotum fuerit; quid patriae moribus congruerit olim.

§. XVI. Idem urgerē solent aduersus iureconsultos, qui sentiunt nobiscum & nostri interdicti in *l. 30. C. de pact.* sustinent auctoritatem in Germania quoque (35). Verum satis nobis est illud: opinionibus opponi posse opiniones. Licet, in tanta *Francici, Suenici & Saxonici* iuris harmonia, & *boni* in Germania *moris* suauissimo concentu, non opus sit priuatorum hominum, quales iuris periti sunt, ulteriori patrocinio. Sed etiam com-

VIII.
OPINIONIBVS
doctorum cor-
roborata.

ibi magis sit opus, ob insidiatorum ibi cateruas immanes.

(34) Illuduerunt est; quod *statuta* aevi *recentioris* ab initio seculi XVI. primo haberi possint plurimum pro *uersonibus Germanicis* iuris Romani; deinde cuiusque prouinciae *consuetudines* uetustioris aevi illa *omiserint*; imo demum easdem *migrauerint* & detorserint multoties in alios sensus. Sed quare sibi placet tantopere autor alias in illis laudandis?

(35) Tot *interpretibus* inspectis, inuenio illud; quod eorumdem exceptionibus abutatur cum *SCHILTERVS*; tum alii ad nostrae legis *30. C. de pact.* euerfionem. Nam alii excipiunt ab hoc interdicto *connubialia* pacta, in fauorem matrimonii; alii *liberos* ob praesumptionem reuerentiae filialis; alii *nobiles & personas illustres*, de quibus sit indignum, credere mortis eactionem, cetera. Verum principio,

qui ita sentiunt, non *tollunt* nostram legem; sed *firmant*. Vti *exceptio regulam firmat*. Deinde *paucissimi* sunt, qui, in his etiam *exceptionibus*, scientiam excludunt *beredii* domini. Sed cui uolupte est, iureconsultorum huius argumenti doctrinas multiplices discere, ei facile erit ad euoluendum *catalogos* eorumdem ab *Augustino BARBOSA* in *collestanteis ad codicem lib. II. tit. 3. leg. 30. Dominico* *rschio* in *rom. VI. conclus. 13. 14. 15. de pacto contra mores; successorio multiplici, Anton. DELRIO* in *miscellanis scriptor. uniuersi iuris rom. II. ad l. 30. C. de pact.* *Sebast. NAEVIO* in *systemate selectorum, ius Iustinianum concernentium uol. II. ad l. eand. C. de pact.* ex quo ultimo proficit plurimum *ERVNNEMANNVS*. Etenim non tam artis, quam olei & operis est, scribere ad *corpus iuris* commentaria hodie.

E 3

modior

modior dicendi locus erit in *oppositioinum discussione*, ad quam nunc mouemus pedem.

IX.
ANTEVSTINIA-
NEO interprete
Papiano,

in codicibus
Gregoriano

& Hermogenia-
no.

§. XVII. Ad extremum tamen addere liceat etiam hoc: quod *interdictum* hoc aduersus pacta de re uiuentis & ignorantis sic etiam iuris Anteuftiniani. Principio trahunt huc sententiam Iul. PAVLI (36): neque contra leges neque CONTRA BONOS MORES pacisci possumus. Deinde in CODICE GREGORIANO (37) definite cautum: de SUCCESSIONE uiuentium, sua uel ALIENA, neminem pacisci posse nec huiusmodi SCRIPTVRAM NOMEN PACTI legibus uindicare. Idem repetitur in CODICE HERMOGENIANO (38). Et cum amborum interpretes sit PAPIANVS (39) nostras inferuiunt igitur omnino nostrae scenae: interdictum aduersus *pactiones hereditii alieni*, in scio eius domino, maioribus nostris fuisse commendatissimum (40).

CAP. V.

CONCILIORVM & IURIS CANONICI CUM l. 30. C. de pact.
suauissima HARMONIA.

IURIS CANONICI
aduersus pactio-
nes de beneficiis
alienis dictata,

Euangelicis ob-
seruanda.

EST CANONICI IURIS autoritas ideo hic maioris facienda; quoniam Euangelicis etiam iureconsultis illud *axioma* in ore calamoque: ut, quoties agatur de peccato uitando, toties standum esse iuris canonici dictatu (1); etiam homini euangelico. Vt adeo

(36) Lib. I. tit. 1. lege 4. Neque contra leges neque contra BONOS MORES pacisci possumus.

(37) Lib. I. tit. 2. lege 17.

(38) Tit. 4. lege ultima.

(39) Est enim hoc testatisimum, uti Anianus corpus iuris Romani contraxerit in epitomen apud Gothos, in suorum gratiam; ita PAPIANVS confecerit idem apud Burgundos eodem

fine, ut sui gentiles illud in patria re-publica sequerentur.

(40) Neque epitomatores hi in Latio habuerunt ullum nomen: qui apud nostros tantum maiores fuerunt nominatissimi.

(1) Hoc iuris *axiomate* scarent systemata & epitomes iuris canonici autorum, euangelicis sacris imbutorum. BRVNNEMANNI & sequacium testatis nulla

nulla inter Romanam ecclesiam nostrosque coetus euangelicos, in hoc facinoris genere, discrimina esse uideantur.

§. II. Est uero illud extra dubitationis aleam: In CONCILIIIS, canonibus & capitulis. quod *legem 30. C. de pact.* & CONCILIA sacra adprobent & PONTIFICVM DECRETA; imo uiolationem eius referant utraq; inter *mortalia peccata.*

§. III. Primo expendamus CONCILIA. In illis I. CONCILIVM LAT-
TERANENSE an.
1179. sequitur
legem 30. C. de
pact. uero est testatissimum LATERANENSE, anno 1179. institutum cum patribus ecclesiae CCC. ab Alexandro III. papa (2). Etenim illius ARTICVLVS VIII. his uerbis grauissimis conceptus: *NVLLA ecclesiastica alicui TRIBV-
ANTVR beneficia ante, quam VACENT.* Audi rationem: *ne DESIDERARE quis MORTEM PROXIMI uideatur.* Et uero num hoc lege quoque prohibitum? Respondent CONCILIARES: *cum id etiam GENTILIVM LEGIBVS prohibitum: TVRPE & DIVINI plenum animaduersione IVDICII.* Damnat igitur pacta concilium de uiuentis beneficio, praebenda & bonis, propter triplicem causam. Et primo quidem, quoniam illud sit contra *ius diuinum & diuini*

suma sunt exempla. Meo iudicio ueniam; canonica iura non finxissent *peccata* plurima; a quibus abhorre non solet homo orthodoxus.

(2) Extat CONCILIVM hoc LATERANENSE in collectione HARDVINI tom. VI. parte 2. p. 1677. In eius autem *adpendice* habetur praeterea tractatus *de pactionibus licitis & illicitis part. 28. ubi cap. 4. p. 1808.* exhibetur epistola singularis ALEXANDRI III. papae, ad Dunelmensem episcopum his uerbis concepta: *accepimus, quod quaedam ECCLESIAE clericis tali renore sint concessae, quod post EORVM obitvm alii*

NOMINATIM SVCCEDANT. *Vnde, quoniam hoc INIQVVM est & SACRIS CANONIBVS inimicum, fraternitati tuae mandamus; quatenus huiusmodi SVCCESIONES DETESTABILES & INIQVAS, contradictione et adpellatione cessante, fieri prohibeas, & omnino FRIVOLAS & VANAS decernas.* Est omnino singulare hoc ipsum; quod haec *pactiones SACRIS CANONIBVS INIMICAS esse* edicat; quorum aetas haud dubie est maior, quam huius concilii ann. 1179. finiti. Ut adeo non latio huius interdicti ei tribuenda; sed tantummodo instauratio & renouatio.

iudicii

judicii habeat reatum (3); deinde turpitudinem comitem habeat naturalem (4); demum illud GENTILIVM iam LEGIBVS prohibitum fit (5); qua nota conspergit IVRIS ciuilibus Romani CORPVS.

II.
DECRETALIVM
sanctio aduer-
sus haec pacta.

§. IV. Atque hunc concilii canonem tanti etiam fecere pontifices, in suis decretalibus, ut ibi repeterent eundem semel iterumque. Nam GREGORIUS IX. inuisit eum uerbatim iuris canonici corpori (6).

III.
Quae BONIFACII VIII. constitutione instaurata.

§. V. IMO BONIFACIUS VIII. ait, detestandam peruersitatem esse & damnabiliter agere, quotquot, per importunitatem nimiam inducti, pontifices beneficia uacatura demum aliis promittunt & mortis alienae uotum inge-

(3) Blasphemum esset, conciliare ad diuinum iudicium prouocare; si thema de pactationibus non faciendis super uiuentis beneficio, praebenda aut bonis iuris esset positum. Haud dubie igitur ius diuinum generale hic intelligitur; quod nemo uiolare potest sine mortali peccato.

(4) Turpitudinis hic naturalis intelligitur, id est, factum principiis iuris naturalis & sanae rationis aduersum.

(5) Est hic modus loquendi canonibus & decretis usitatus. Ideo quidem, ut ius civile Romanum macula conspergant paganismi. Nam licet uox gentilium nihil habeat cum hoc commentitio significato commune: cum tamen ecclesiasticae latinitati gentiles iidem fuerint, quam pagani, id est, quod uulgo credunt, geniti, non autem regeniti secundum dogmata CHRISTI; licet ego malletm, quod gentilis idem illis fuerit, quam paganus extra urbem; quoniam pristini christianorum

costus fuerint urbani: igitur facile est, est, ad intelligendum; quod clerici hanc notam inuiserint corpori iuris Romani; ut illud suspectum redderent christiano orbi, quasi foueret paganismos. Quam fabulam quisque explodit, rerum gnarus; quod nostri iuris codex principes christianos autores habeat, adeoque elui facile queat haec macula. Sed canonistae & ciuilibus hanc contentionis ferram traxerunt longo tempore deinceps. Igitur conciliares ita hic arguunt: si pacta de suscipiendis beneficio aut bonis, Romanis iam audierunt improba: quo magis illa eliminanda sunt ex Christianismo.

(6) In cap. nulla ecclesiasticae ministeria 2. X. de successione ecclesiae non vacantis. Vbi interpretes vertunt se huc illuc; cum facile exemplis conuincantur: quod pontifices Romani huius decreti sint etiam nunc, fuerintque olim quoque prorsus immemores. runt

runt (7). Igitur, pergitis deinceps, paulo post promotionem nostram ad pontificatus apicem, eiusmodi expectationes cassauimus, irritauimus & uacuauimus. *Cassas irritas & uacuas nunciauimus & nullius fore decreuimus firmitatis.* Porro nec obligatorium esse contra bonos mores praeslitum **IVRAMENTVM.** Et nouissima sanctio **TRIDENTINA** (8), proscribit e christiano orbe uniuerso pactiones de beneficio alterius pariter.

IV.
Renouata CON-
CILIO TRIDEN-
TINO.

§. VI. Neque olim leniores aduersus pacta de uiuentis beneficio **CANONES** in decretis. Nam *fures & latrones* dicunt ecclesiarum candidatos, qui requisierint, in nondum uacantia munera sacra, *expectatiuam* aut *prouisionem* (9). Neque melioris notae illos habent, qui, sub *pactione successoria*, fiant sacrorum antistitum *suffecti coadiutores.* Qua propter solliciti admodum sunt de uenia *St. Augustino* hic indulgenda ab hoc reatu; licet ipse non successerit episcopo decessori; sed accesserit tantum ad eundem, ad eum subleuandum in sacri muneris functionibus (10).

V.
DECRETA da-
mnant pactio-
nes de beneficiis
alicuius.

§. VII. Sed licet bonae hae *leges pontificiales* sint; pessimi tamen sunt ipsorum pontificum *mores.* Nam & **GERMANORVM** (11) & **ANGLORVM** (12) atque

A CYRIA APO-
STOLICA exulat
in *canonicum.*

(7) Optima uerba legeris in *cap. 2.* atque 3. de *concessione praebendae* & *ecclesiae non uacantis* in 6. per episcopum a nobis recitata. Verum *Bonifacii VIII.* huius uita huic decreto pessime responder.

(8) *Sessio XVI. cap. 19.*

(9) *Causae VII. quaestio I.* plurimam partem inculcat hoc *pontificibus & antistitibus sacris:* ne peccent ullo modo aduersus hoc interdictum, conferendo *beneficia* aut *praebenda* clerico superflite.

(10) De quo in *canone 12. non autem C. VII. quaest. 1.* Quamuis alii improbent hunc interdicti rigorem, si antistes minus sufficiat sacri muneris functioni. Pastore enim infirmo, grex non negligi debet; sed prospici eidem alio, qui pascendo sufficiat.

(11) Notum hic ampliores esse. Nam in *HALLENSIBVS DIVINIS an. 1740. num. 44.* conduximus querelarum causas abunde.

(12) *Thomas RYMER tom. I. actor.*
F
GALLORVM

GALLORVM (13) querelae acerbissimae semper: quod, ob eius generis *pactiones*, de *beneficiis* ecclesiasticis *iuuentium* ac nondum uacantibus, uitae infidiae struantur factis antistitibus praebendis. Quas etiam cauere uoluit papa hoc modo: ut, si quis *decessor* perierit uiolenta morte, *expectatus* suspicionem, in se conceptam, eluere debeat & purgare se iureiurando, quod *homicidii* perpetrati non fuerit *particeps*.

TAXAE APOSTOLICAE sordes.

§. VIII. Neque ita peccatum est ab *Apostolica curia* PACTIS solum; sed etiam, quae impudentia est intolerabilis, *IVRIBVS SCRIPTIS cancellariae* pontificalis, solennibus hodieque. Quo fine *libri TAXAE APOSTOLICAE* aere & calamo promulgati (14) passim.

Anglic. ad an. 1252. codicillum produxit, ita inscriptum: *de QUERELA facta per CLERVM ANGLIAE de grauibvs OPPRESSIONIBVS, ANGLIS illatis, per curiam ROMANAM ratione PROVISIONVM*, id est, *expectatiuum*, pactionibus factarum, de *praebendis & beneficiis* alienis neque dum uacantibus. Vnde damna aestimata annuatim 50000. marcarum. Quae Angliae subducta & translata fuerint ideo Romam. Plura congestimus in *HALLENSIBVS diurnis* 1740. num. 42. 44.

(13) Ex instituto *providentiam* Galliae regum exulimus in *edictis* aduersus *expectatiuas, gratias & provisiones* pontificis Romani ad *ecclesiastica regni beneficia*. Multum habuerunt animi ea in re: cum *SANCTIONEM PRAGMATICAM, consilio & auctoritate procerum* promulgarent anno 1510. in qua & prohibita & irrita factae sunt omnes

eius generis *captiones mortis & muneris* clericorum. Tandem precibus papae fatigatus FRANCISCVS I. demum an. 1518. *pragmaticam* illam *sanctionem* cum *initis CONCORDATIS* commutauit. Quam rerum iuriumque conuersionem recensuimus, amplo iureconsultorum *Galliae* adparatu in *HALLENSIBVS diurnis* an. 1740. num. 44. p. 714. 715. sq.

(14) Exhibentur in *OCEANO IURIS* seu *tractatu tractatum* libelli peculiare, in quibus *pretium* definitur, quod quisque soluere debeat pro *GRATIA EXPECTATIVA, archiepiscopatus, episcopatus, abbatiae, praebendae & ecclesiastici BENEFICII* cuiusque generis. *Taxa curiae apostolicae*, pro indulgentis *expectatiuis*, inuenitur *tom. VI. p. 95. & 100.* Quod omnino non tam admirationem meretur, quam stuporem & consternationem.

§. IX.

§. IX. Illud inprimis horrendum & execrandum est: quod GERMANIA, in suis cum pontifice Romano CONCORDATIS, sibi prospexerit in eo pessime; quod, in *provisionibus & expectatiuis*, a pontifice Romano sibi adrogatis, fuerit indulgentior iusto (15). Indeque GRAVAMINVM NATIONIS GERMANICAE hoc praecipuum caput; ne *papae* hoc porro daretur (16). Interim CON-

CONCORDATA
Germanicae nationis improba.

Quis enim crederet alias, curiae apostolicae apostolica munera uenalia esse non solum: sed etiam hederam suspensam ideo in tabernaculo sacro? Spretis fulminibus sacris CANONVM; CONCILIORYM; DECRETORYM & DECRETALIVM.

(15) Principio quidem papae autoritas tanta non fuit in patria nostra; ut se posset in *expectandis episcopis* & sacris antistitibus exerere. Res nobis angustae domi, neque aeris ulla cupiditas; cuius ne quidem usus cognitus. Comparatis autem & crescentibus opibus sacrorum beneficiorum & praebendarum *collatio* adhucdum uel apud regem fuerat uel principem. Neutri poterat Roma hoc ius eripere. Imo *inuenatus* noster peregrinis, ne quidem locum fecit in patria. Neque *ignobilibus in nobilium sodalitiis* & collegio sacro. Vtrobique Germania in tuto ab apostolicae sedis *provisionibus, gratis, expectatiuis*. Veram ex quo *episcoporum, abbatum & praelatorum electio* obuenerit *collegiis canonicorum & conuentualium*; ex eo quoque tempore curia Romana plus sibi sumptis in hac arena. Inde CONCILII BASTI-

LENSIS interdictum *sessione XXXI. §. 2.* anno 1438. ut omnes EXPECTATAE CASSAE AC IRRITAE sint, liberenturque ab hoc pestilentissimo contagio, ecclesiae orbis christiani in occidente. Accesserant huic *decreto* Germaniae principes, Roma fremente licet. Pontifex tamen EVGENIVS IV. pacauit Germanos an. 1441. nuntium mittendo EXPECTATIVIS. Sed anno eodem reuocauit ille, quod fecerat, scripto SALVATORIO. Inde successori eius NICOLAO V. occasio ad noua CONCORDATA CUM GERMANICA NATIONE an. 1448. ubi *provisiones* temperatae, non *sublatae* sunt. Licet olim hodieque litigatum sit: num obstat illis *sub & obreprio*, ordinibus Germaniae plerisque absentibus tum ab *Aschaffenburgensi comitali conuentu* 1448. ubi tamen cum pontificali legato sit transactum. Plura diximus in HALLENSIVS DIVINIS 1740. num. 46.

(16) CONCORDATA igitur an. 1448. licet famosissima sint; nullo tamen tempore in Germania nostra unquam recepta usu & obseruantia. Docent hoc *Germanicae nationis GRAVAMINA*, publica & comitalia aduersus hanc *concordatorum* insolentiam & iniquitatem.

CORDATORVM fit in CAESAREA CAPITVLATIONE mentio; licet ambigua ualde illius interpretatio fit (17); quia plerique Germaniae episcopatus CONCORDATA declinant spernuntque illa etiamnunc (18).

PAPA deserto
sectemur CANO-
NES & DECRE-
TA.

§. X. Quicquid fit: militent alii in apostolicis Romae castris: nos, illis desertis, DECRETA uenerabimur apostoli & uirorum apostolicorum: quod *passio de alterius bono aut beneficio improba sit, ex republica christiana exterminanda & proscribenda malis uerbis.*

CAP. VI.

COLLATIO IURIS FEVDALIS CUM LEGE 30. C. de pactis.

De feudorum
EXPECTATIVIS.

Iuit in mores nunc passim, quod feuda, nondum uacantia neque casui proxima, alii nunc promittantur nunc conferantur, possessore inscio licet, imo inuito Dicunt talia schemata EXPECTATIVAS (1): quae in canonico iu-

Sed oggeres; quare autem illa minus sunt audita? Caue existimes iura obtitisse; sed consilii rationes, ne profutueretur pontificalis autoritas euangelicis ulterius. Quod uideretur inconsultum & intempestiuum omnino. Interim ipse eorundem interpretes Georg BRANDEN ambigit: *an non Germanica concordata sublata sint non usudque tam intuitu Germaniae principum, quam papae ipsius?*

(17) Problemata sunt: *num omnia eorum capita obligent? Et quacnam? Num obligent pontificem solvm; ne ille plus requirat, quam antecessoribus sit hic indultum? Num OBLIGATIO eorundem sit credenda & PRAESUMENDA; an PROBANDA ab eo, qui ad il-*

la prouocet? Num Germaniae episcopatus eoque LIBERTAS tueatur, quam sit probata Romae SERVITVS. Num, sub nomine CONCORDATORVM, illa tantum intelligenda, quae cum NICOLAO V. AN. 1448. inita? an vero huius quoque classis sint CONCORDATA CLEMENTIS VII. AN. 1543. atque GREGORII XIII. AN. 1576. ipsa capitulatione recentioribus? Taceo alia, quae neque disimulat BRANDENVS ipse.

(18) Quod pariter ostensum in HALLENSIBVS DIVVNIS AN. 1740. num. 46. 47.

(1) *Expectatiuae* uox recentioris est aevi, uix audita ante seculi XIV. actatem *Bartholistarum & Baldistarum.* Qui etiam adhibent eodem sensu *expectantias.* Quod autem *seruare* incere re fre-

re frequentius audiunt PROVISIONES. (2) Quod si fas est, hoc fieri: haud dubie *pacta de superstitis heredio* erunt legitima neque *legis 30. C. de pact.* ulla ratio habenda in beneficiario & clientelari iure. Cum uero sententiae interpretum hic multiplices sint, principio aperiemus, fontes, riuulis aliquandiu relictis.

§. II. Loquatur primo *iuris ALEMANNICI* *speculator* (3). Ita autem ille: *Quidam dicunt; quod dominus EXPECTATIVAM concedere possit ABSQUE VASALLI SUI CONSENSU, qui de eo feudo inuestitus est & in eius est POSSESSIONE. Sed hoc IVRE NON utimur. NEC enim DOMINVS EXPECTATIVAM VLLAM CONCEDERE potest in VILLO FEUDO, absque eius CONSENSU & petitione. Clare ac definite, ambiguitatibus & ambagibus remotis.*

§. III. Contra autem obloquitur *Sueuo* nostro *SAKONICI* *iuris compilerator* (4). Quod in *simiis* rarum est;

torum; *expectare* certorum fit, docet nos *Ael. DONATVS p. 1346. edit. Putschiana.*

(2) *Ius canonicum* in his uerborum numeris est foecundius. Nam plura eiusdem generis recenset *cap. VIII. de concessione ecclesiae non uacantis in 6. Vtpote collationes; prouisiones; reseruaciones & consensiones.* Postmodum etiam placuit *curiae apostolicae de gratis expectatiuis* edere libellos. Quod argumentum tractauimus in *HALLENSIBVS DIUENIS 1740. num. XLIII.*

(3) In uernacula concepti *IVRIS ALEMANNICI feudalis caput XIX.* est quidem hoc: *Etliche Lüre die sagen* (igitur ambigui hoc iuris fuerat); *das*

ein Herr ein GEDINGE (expectatiuam) liben moege, ohne siner MANNES WILLEN, der das Gut von im bett, und das in siner Gewer ist. Das ist aber NIT RECHT. Es mag KEIN HERR KEIN GEDINGE LIHEN an keinem Gute, das ein MANN von Ime bett, ohne sine WILLEN und BITTE. Atque hoc idem illud constituitur in nostra *lege 30. C. de pact.* Et recte quidem ac prouide, si agatur de *re propria*; non autem de *aliena*; quae est in alterius clientela.

(4) *Tres codices* posidemus *MSTOS IVRIS FEVDALIS SAXONICI.* Qui omnes in hoc *artic. X.* inuicem differunt, non quidem re ipsa; sed formulis ac phrasibus tamen multifariam. Recitabimus autem uerba illius, quem aetate habeo

quo nomine utrumque notauimus alibi. Idque ob plagia foedissima, quibus Germaniae foris solent illudere. Puerilis formulae introitus utriusque idem: QUIDAM HOMINES DICUNT: EXPECTATIVAM in bonis alienis nemini indulgendam, sine possessoris consensu. Sed hoc NIHIL EST. Nam EXPECTIVATVS neminem rogare tenetur. Hoc ei satis est, si probauerit indulgentiae EXPECTATIVAE veritatem (5).

IN LONGOBARDIA improbant expectatiuas PLACENTINI.

§. IV. Sed neque hoc satis est, Germanici iuris speculatores inuicem hic dissentire. Nam ne olim quidem conuenire ea in re poterant ipsius Longobardiae prudentes. Inde compilerator quoque definiuit nihil; contentus duplicis decreti historia (6). Quam ita enarrat.

mus uerustissimum. *Ettelike Lüde seggen; dat men gbedingbe lien moze, an ienes bede, der gut in gbeweret heuet, des nis nir. Wen de man ghetüch sine lenunghe, of bes bedarf. Une nemannes bede.* Quilibet uidet, desiderari in hoc enuntiato *negatiuam*. Verbatim enim ita reddideris. *Quidam homines dicunt: quod expectatiua alteri possit indulgeri, sine consensu possessoris. Sed hoc est nihil.* Id est, requiritur contra in expectatiua consensus uasalli possessoris omnino. Atque ita uterque compilerator concineret in themate. Verum, nisi addideris *negatiuam*, ut omnes recentioris aevi codices habent, hypothesis esset incongrua ualde. Quare enim adderetur ratio: quod expectiuato satis fit, docere *petitionem initam* ideo cum feudi domino; nec quicquam opus sit docere preces, aut consensum uasalli.

(5) Sed quid formula sibi uult: *obne iemands bede uel bitte.* Illud mihi uidetur. *Simultaneam inuestituram* plerumque indulgeri a feudi domino, ad *petitionem & rogationem uasalli*. Ut adeo *consuetudo* haec fuerit instar *legis* aut *decreti* feudalis. Sed tamen, licet hoc uerum fuerit; si *indulta expectatiua* siue *inuestiturae* promissio, ad preces & in gratiam uasalli: domino tamen non ideo ligatas esse manus, *expectiuare* aliquem suo solus arbitrio, uasallo inficio. Neque ideo spem, expectiuato factam, irritam fore. Ut necesse habuerit, docere; factum hoc esse, *uolente ac rogante uasallo* feudi possessore.

(6) Neque enim hoc officium est decretorum *collectoris*: ut, quod recentiorum, definiat sua auctoritate. Hoc enim esset idem, quam id, quod est *iudicis* aut *legislatoris*, dare etiam *historico* Si quis

Si quis INVESTIERIT aliquem de FEUDO sui militis; uiri PLACENTINI prorsus adserunt: hanc INVESTITVRAM non aliter VALERE; quam, nisi eo CONSENTIENTE, cuius erat feudum. MEDIOLANENSES & CREMONENSES nihil distare adseue-^{adprobant illas MEDIOLANENSES & CREMONENSES.} Dummodo, eo uiuente, nullum DETRIMENTVM de feudo suo sibi contingat (7). Hoc autem dicendum est de eo MILITE, qui feudi SVCCESORES (successionem) non habet (8).

§. V. Hinc igitur litium magna seges, inuicem ^{DECISIONIS PRO expectatiuis cau- sa singularis.} sibi uel contradicentium uel distinguendum uel limitantium (9). In quam falcem nunc meam nolim immit-

compilatori. Vitio id uertere solent BARONIO; quod in annalibus suis id agat, ut papalia iura tueatur rationibus & exemplis, adeoque non *historium* tractet: sed *polemicam theologiam*. Sed quis uitio uerterit hoc Romanae ecclesiae purpurato, cardinali? Et cui non in delictis est *historia pragmatica*, iuris consiliique rationibus adiunctis ad rerum momentosa euenta.

(7) Fingunt plures hic discrimina inter *expectatiuam simplicem & coniuunctam* cum *euentuali investitura*. Quasi *ultima* tantummodo pericula adferat uasallo; non *prima*. Sed frustra sunt: nostra enim *lex 30. C. de pactis* quocumque schemate in crustetur *pactio de heredio superstitis*, eam *improbatur*; censet, ob *tragicos casus*, periculo *sam*; imo bonis moribus & *sectae* *suorum temporum* aduersam omnino.

(8) Respicere hoc decretum uidetur illum casum; si ipse *uasallus* roget *dominum feudi*; ut sibi cooptare liceat

expectatiuarium successorem. Vnde formula: *Mit BEDE dessen, der die Gewere oder den Besiz des Lebenguts hatt.* Sed hoc neque tollit neque restringit aut deminuit iura domini; quin indulgeat *expectatiuam alii*, licet uasalli ipsius posteritas numerosa sit, uigeat floreatque, fiatque hoc ingratis ueri clientis.

(9) Cui placet; *multiplices* interpretum *sententias*, in *expectatiuarum* argumento, legere, ei ex nostratibus satisfacient, in nominum & opinionum numeris ROSENTHALIS *cap. IV. conclus. 9. 10. 11.* atque *cap. VI. conclus. 9. & 15.* Sed longe ampliori adparatu interpretum, rationum, casuumque diuersorum *HARIM. PISTORIS lib. II. quæst. 25. num expectatiua contineat uorum captandae mortis?* Deinde *quæst. 26. an heres domini teneatur eam ratam habere?* Porro *quæst. 27. quid iuris in feudis ecclesiasticis?* Praeterea *de iure reuocatore.*

tere. Quod mihi *dissensus* huius causae uideantur satis aperta. Quibus intellectis facile patebit; confudisse PLACENTINOS rem suam, de qua loquitur *lex 30. C. de pact. cum re aliena*, quo iuris genere feuda habenda & aestimanda (10). Atqui hoc casu potius *lex 21. C. mandat.* laudanda: quod quilibet rei suae sit arbiter & moderator.

DISSOLVTIO op-
positionis here-
ditatarum.

§. VI. Sed urges, ita tamen occasionem dari, ad captandam uasalli possessoris mortem. Sit hoc. Nam domino, ob hoc periculum, non potest ius suum auferri (11). Et sibi tribuat uasallus, quare rem susceperit alienam sub clientelari nexu. Cui etiam sufficere debet, quod non solum tutus sit intuitu domini, sed etiam ille ipse grauius animaduertat in expectatiuarum sui militis insidiatorem (12).

rio. Tum quaest. 29. expectatiuariorum quis alteri praeservendus? Denique quaest. 30. an paribus curiae opus sit in expectatiuae indulgentia? Ut adeo recentioribus facile fuerit argumentum tritum & tractatum abunde recoquere & retractare. Quo censu Mod. PISTORIS STRVVIS, SCHILTERVS aliique habendi sunt sine fine.

(10) Vna igitur distinctione lis haec diremenda est. Ne interpretes porro iniurii fiat in feudorum dominos & disputent ea, quae naturae & gentium illis iura ac leges tribuunt; idque in gratiam suorum clientulorum. Quasi maior haberi ratio debeat serui, quam domini, seculi uitio & moribus aliquorum corruptissimis.

(11) Ratio enim illius maior est habenda, qui beneficium confert; quam

eius, qui suscipit uiuitque gratia indulgentiaque alterius domini. Quis negauerit possessori, disponere de re sua inter uiuos uel ultima uoluntate; licet hoc fiat heredibus eius uel infans uel inuitis quoque. Pariter uasallorum est, non obloqui domino, si aliis succedendi spem fecerit in feudo, sibi aperto uel aperiendo olim. Et quid eo tempore, quo feuda precaria fuerunt, id est, reuocabilia semper; ubi omnis pendit spes uasalli a nutu & arbitrio domini solius, cuius uoluntate stet cadatque, quod beneficiario iure a domino acceptit. Permanfit itaque in successorio iure eadem libertas domino, si quidem feudum desit habere successorem.

(12) Quod cap. IV. §. 10. not. 20. iam firmauimus feudalibus decretis.

§. VII.

§. VII. Qui autem haec clientelaria instituta, tam patria, quam peregrina Longobardica, inferuire debent nostrae scenae aduersus *pacta de uiuentis heredio* (13). Repono belle, imo bellissime. Nam *exceptio* firmat iuris regulam, id est, *pactionum de heredio uiuentis interdita*, necquicquam uero tollit illa euertitque. Quid? quod nullae ad dubitandum rationes fuissent *feudalium decretorum latoribus*: nisi ciuilia haec & canonica praecepta, de uirandis hereditatis, summa religione defixa habuissent animis, colenda & obseruanda in republica sacra & ciuili (14). Quodsi igitur, iudicio aliquorum, *iura domini* inde excepta, in *feudis* tantummodo, utpote re non aliena; recto illa ceteroquin talo stabunt in *herediis*. In quibus nostrum uersatur thema.

(13) Infra audiemus *iuueconsultos* illos, qui ita solent arguere: si *expectatiua* est licita in casum *mortui uasalli*, inficio hoc & inuito: quid obstat, quo minus *pacta* naleant de *mortui possessoris heredio*, eius *ingratia*? Quasi uero non obsterit rei *alienae* & *propriae* discrimina & differentiae. Vt enim nemo dubitat, principem posse non solum suis rerum administris *missionem* honestam decernere; sed etiam *munera*, olim uacatura, *destinare* *suffectis*, *adiunctis*, *substitutis*. Meretur narratio ipsa adscribi uerbis *sui auctoris*, in infima margine (*).

(*) Habetur consilium D. Hieronymi *Schreffii* in *tom. I. consilior. Modestini Pistoris* post octauum num. 8. p. 119. Et cum quidem *princeps*, ante multos annos, uolebat me de *praedio* per *uasallum* possesse, sub tali conditione inuestire: ego nolui. Quia, cum scirem, me hominem esse *miserum* & *peccatorem*, *difficulus* me potuissent continere; quod non adfectassem *mortem* talis *uasalli*. Omnis enim sum *uuda* & *aperta* oculis *dei*. Et ideo doctorum hic *iura* sunt *odiosa*, licet *recepta*. *Pii* tamen & *timorati* *uiri* *bonarum* *conscientiarum* nix *cupiunt*; ut *taliter* *investiantur* de *feudis* *nondum* *apertis*. *Bonarum* enim *mentium* est, *timere* *culpam*, ubi *culpa* non *reperitur*. Sed *pauci* sunt, qui *illa* *causis* *propter* *nimitiam* *auaritiam*, *omnia* *excoecantem*.

G

CAP. VII.

CAP. VII.

Intercalare de uerbo HEREDII.

Inscriptionis
causa.

Intercalare hoc caput dicimus ideo ; quod fit inter
thesin & antithesin infartum, barbara quasi iurispru-
dencia, *infortiatum*. Ut , antequam ad *oppositio-*
quod debemus, reponamus, sciatur, de quo præci-
pua hic sit disputatio.

HEREDII uer-
bum & Lati-
num & Germa-
nicum.idque tam 1) in
elementis,

§. II. Noli autem offendi *heredii* uerbi nouitate.
Nam est *heredii* nomen & *Latio & Germaniae* uetustissi-
mum. Romanis *heres* etiam *eres*, expuncto *h* idem qui
berus; *Herr*, siue ab *eres*, *Erbe*, nostris Germanis (1).
Heredium igitur est *dominicum bonum*; quod pariter *Ger-*
manis audit *Herrengut* (2). Ipsi *beruli* seu *herruli*, popu-

(1) Principio illud est probandum: quod *Romani* nunc *heres* iterumque, omisso *h* elemento, *eres* dixerint scripserintque. Prouocat ad lapidem *Claud. DAVSQVIUS in orthographiis* p. 152.

Marcus aduocatus *ERES* Et
annius bene merenti fecit.

Deinde quod *beres* siue *eres*, in uernacula *erbe* idem, quam *berus* siue *dominus*. *Festo* autore, *beres*, apud antiquos, pro domino ponebatur. Quorsum *IUSTINIANVS* quoque in §. 2. *Inst. de hered. qualit. Et differentia*, respexit: *HEREDES*, uiuo quoque *patre*, quodammodo *DOMINI*. Siue igitur *eres* scripseris sine adspiratione, respondebit in uernacula *erbe*, *erwe*, siue *h* elemento retento, cui *berus*, *ber*, congruit in uernacula. Itaque *etymologicis* rationibus uere absurdum est;

haeres, *haerus*, *baeredium* scribere per *ae* diphthongum. Verior *CASSIODORVS de orthographia* ex *EVTYCHE*, *beres*, *beredium*.

(2) Plane *FESTVS*: *HEREDIVM praedium paruulum*. Idem quoque *NONIUS MARCELLVS* *heredii proprietatem* indicat. *VARRO de re rustica lib. 1. c. 10.* quod *HEREDEM* sequeretur *HEREDIVM* adpellarunt. Sed errat *FESTVS*, quod *heredium paruulum* praedium definiuerit. Rectius alii uti a praedio *beredionum*; sic ab *heredio beredionum*. Vnde uetus *onomasticum LABBAEI: beredionum*, *ἡρεδιον* reddit, in deminutiuo. Interim, quae *AVSONIUS* in *eidyllio XXXI. uers. 1.* de *uistula* sua canit, illud referri debet inter *facieras & lusus*.

Salue *HEREDIOLVM*, *maiorum regna*
maiorum,
lus

lus Germanus (3) Quod illius ciues domini terrae sint dicanturque *die Landberren, Herren im Lande* (4).

§. III. Est igitur utriusque hic populi optima harmonia. Nam *heredium* dicitur possessio; *praedium*; *patrimonium*; *bonum hereditarium* tam integra Latinitate (5); quam etiam *medii aevi Germanismis* (6). Vltimo quidem usu frequentiori, quam primo. Vnde *heres* futurus *berus* & in uernacula *Erbe, Erbberr.*

§. IV. Quod igitur nostrum interdictum inprimis respiciat *hereditaria bona, das Erbe*, ne infcio eorum possessore, *actio* de illis fiat: *heredia* autem sint congruum *hereditatis* & *praedii* hereditarii synonymum: ideoque ipsi rei *thematis* inscriptionem respondere, nulli quidem poteramus dubitare.

L. 30. C. de pact. respicit heredis potissimum.

CAP. VIII.

OPPOSITIONVM CONTRA *L. 30. C. de pact.* DISSOLVTIO.

Supereft demum: ut argumentis, nostrae legi *30. C. de pact.* oppositis, satisfaciamus. Licet uero iureconsultorum, ex contrario contententium, ma-

ANTITHESOS confutatio.

Quod PROAVVS, quod AVVS, quod PATER excoluit.

Quod imbri iam senior, prope- rata morte, relinquit.

Vnde ueterum frugalitas. Qui oria mauerunt in *herediolis*; quam in palatiis negotia & curas. Grauioris exempli testis est *COLYMELLA in lib. I. praef. num. 6. QUINTVS qui ab ARATRO uocatus ad DICTATVRAM. Ac rursus, fascibus depositis, ad eosdem iuuenos & quatuor iugerum aurum HEREDIOLVM redierit.*

(3) Hanc coniecturam prodidimus

alibi plenius in *uita Iustiniani M. cap. VIII. §. 161.* & in *iuribus feudorum imperii cap. III. quaeft. 2. §. 4. not. 161.*

(4) Quod semel iterumque inculcauimus patrii iuris studiosis in *iuribus feudorum imperii cap. IV. quaeft. 8. §. 6. not. 929.*

(5) Testes habes in *nota 2. laudatos* abunde.

(6) *Ioannes de IANVA* uetustioris aeni interpretes ita reddidit: *HEREDIVM, PRAEDIVM, bereditas.* Hinc in *actis SS. rom. I. mens. Iunii p. 964.* forma

gna nomina & numeri sint neque leuis armaturae adparatus; tantum abest tamen, ut inde porrigenda sit herba; ut potius iusticia causae tela emissa retundat fortiter. Idque ob rationum pondera, quibus remouere licet, quae contraria esse uidentur. Versabimur autem in erroneis opinionibus confutandis. Quare, bonae pacis causa, omittenda errorum, id est aliter sentientium commemoratio.

I.
OPPOSITIO a bonis moribus GERMANORVM, liberrimis a suspitione hereditarum.

§. II. Principe autem loco bonos Germaniae mores laudibus extollunt, ab insidiis & captionibus mortis alterius alienissimos (1). Addunt, hereditas, Italos, causam fuisse interdictae pactionis de superstitis heredio in l. 30. C. de pact. hac autem in Germanis cessante, ipsius legis euanescere uim. Quod ratio legis sit eius animae; hac igitur remota, inanis & inanimis euadat Latii insidiosae constitutio, aduersus pacta super uiuentis heredio.

REPOSITIO a) integritas animi legem non tollit; sed colit.

§. III. Plura sunt, quae has destruant argutias funditus. Principio enim, si bonis moribus uiuunt Germani; abhorrebunt illi a pactionibus de superstitis heredio

la: fraterna deuotione prouocatus HEREDIUM suum coenobio quoque obtulit. Plura congesserunt BENEDICTINI ad glossarium Fresneum.

(1) TACITO de M. G. cap. 20. teste, integerrimo forte: Quanto plus PROPINQUORVM; quo maior AFFINIVM NUMERVS, tanto GRATIOSIOR SENECTVS. Nec ulla ORBITATIS PRETIA. Sed quid ultima haec uerba? Idem autor lib. XIII. annal. c. 27. aperit sensum eorundem: satis PRETII ORBIS esse; quod cuncta prompta & obuia habeant. Ob hereditatis capessendae spem; quam beneficiis procurare soleant, tot capta-

tores. Quid ad haec RHENANVS non-nescia fuci nihil tale admittebat. Do hoc, quod tempore TACITI res ita se habuerit. Sed indicanda est etiam causa, quam non penetrant interpretes. Tum enim Germanorum opes in pecudibus & agris; quorum hereditas fuerat lege propinquitatis definita; explosa ultima possessoris uoluntate. Hanc igitur flectere uelle ad instituendum heredem, frustra fuerat, exultatibus a Germania testamentis. Quod supra cap. IV. §. 6. 7. 8. expediimus plenius.

sponte.

sponte. Adeoque interdictum non tollendum in patria; sed colendum sacra religione (2). Verum enim- uero dolendum est praeterea hoc; quod *Germania christiana* ruerit in peius; quam forte olim illa fuerat in *paganismo*. Quod exinde erit manifestum; quoniam non solum, sub *Francicis* regibus, *capitularia* huius interdicti instaurationem habuerint necessariam, in corruptis Germanorum moribus (3); sed etiam *Sueuici* (4) & *Saxonici iuris* compilatores crediderint idem (5). Et, quod magis est, *reges Germaniae* ideo aduersus *insidiatores herediorum* promulgauerunt acriores poenas; ut, earundem grauitate, obuiam irent in *Germania parricidis* (6). Falluntur certe patriae *iureconsulti*, qui *Germaniam* hic cum *Graecia* conferunt, docentque, ideo poenam nullam in parricidia statuisse *Solonem*; quod huius facinoris nullum in *Graecia* fuerit exemplum. Con-

b) Germani & ipsi hereditaria.

c) Ipsi Germani insaurant interdictum, non tollunt.

(2) Corruptissima philosophia: quia Germani bonis moribus celebrantur; ergo *prohibitoria lex* tollenda aduersus *pactiones de superstitis hereditio*. Contra potius arguendum: *igitur* sollicitius a Germanis illa lex colenda & obseruanda; quo magis abhorrent illi a *captationis suspicione*. Quod supra explicatius ostentum *cap. IV. §. 10.*

(3) Verba *CAPITULARIS* exscripsimus supra *cap. IV. §. 14.* & docuimus illius cum nostra *lege 30. C. de pact. harmoniam.*

(4) *SVEVICI* iuris uerba habes *cap. IV. §. 12.*

(5) *SAXONICVM* quoque *ius* uerbatim recitauimus *cap. IV. §. 13.*

(6) *IVRIS ALEMANNICI caput 340.*

his uerbis est conceptum: *Qui cognatum occidit; debet cyleo insui & in aquam proiici.* Quae alias poena ueteri *Latio* statuta tantummodo *parricidis*. In uernacula autem intentatur illa omnibus propinquis.: *Wer sinen Marge ertoetet.* Addere etiam liceat *constitutiones*, tam a *GOLDASTO*, quam *SCHILTERO* adhaerens imperatori *FRIDERICO II. & ALBERTO I.* Nam in *cap. I.* *FILIVS*, qui *patrem offendit* struitque ei *conspiratione*, cum inimicis paternis facta, *INSIDIAS, proscribatur*, interdiciturque igne & aqua aeternum neque spes eidem ulla ad indulgentiam. *Solte ebrlos und rechtlos seyn ewiglich und zu einem Recht nimmer kommen.*

tra nobis hic arguere licet, malos Germanorum mores commemoratis interdictis aduersus hereditas locum fecisse. Ergo pudeat nostros prudentes; quod, tollendo legem 30. C. de pactis, qua portae ad haec facinora clausae fuerant, referant & perfringant illas: ad inhiandum bonis alienis & pactiones de superstitis heredio (7). Improbo non solum; sed etiam consilio pestilentissimo in patria (8). Qui de *hominum pessima natura*, quam nemo exuerit, quin subinde recurrat, dubitat, in *captando* mortem illius, cuius se sperat heredem, illi ex Graecis commendamus LVCIANVM, (9) ob multiplicitium exemplorum farraginem, productorum in mortalium scenam.

II.
oppositio a feu-

§. IV. Praeterea oggerere solent feudorum expe-

(7) Memores potius illi uiuant in iure axiomatis: *quod in termino & exitu prohibitur; illud prohibetur in uia*. Quare enim, arguit *Iustinianus*, legislator, pactiorem inierit quis de superstitis heredio? Nisi hoc ipso adpetierit eius mortem, iniquus, tragicus, odiosus & omni iure suspectus *captator*, qui uenatur & ambit bona aliena quouis modo. Proscribendus & exterminandus ideo, a societate mortalium: ne grauius noceat. Nam cupiditas & auaritia homines caecos reddit neque unquam expletur & fatiatur eius fitis, tentando extrema.

(8) Neque immemores illi sint *pro-uerbii*, pleni suspicionis & captationis; in Germania nati ideo &, ob pessimos Germanorum mores, uulgi sermone celebrati: *waeren zwo Augen tod, so kaem ich aus aller Noth*, id est, uti-

nam clauderet lumina, cuius hereditas finis meae inopiae, egestatis. Cui uicinum est aliud aenigma captationis eiusdem: *spes mea in bove maclando morte, bouis* nominae possessorem hereditii notat, cuius hereditatem iam deuoraret spe.

(9) Ad noscenda humana ingenia in studiis *hereditarum*, LVCIANVS scripsit *dialogos mortuorum*, tom. I. opp. p. 261. edit. *Graeu*. producit in colloquio *Plutonis & Mercurii*, diuitem, cui liberi nulli; sed *captatores* hereditatis, *quinque mille*. In dialogo *Terphonis & Plutonis* ridet illos, quos diues senex eluserit inani spe. Porro in dialogo *Zenopbantem* & *Callidemidae* sistit *hereditarum*, qui, ex errore, ueneno se extinxerit, quod parauerat hereditii possessori.

stati-

Exatiuas, nullo unquam pudore *indultas*, a rerum do-
minis (10). dorum EXPER-
TATIVIS.

§. V. Sed superiori loco (11) tela eius generis Singularis iuris
in Germania eo
in genere.
retudimus, differentiis ostensis inter *rem suam & alie-*
nam. Paciscitur enim *dominus* de suo, idque *dominii* iu-
re, cuius est effectus libera dispositio. Verum prae-
terea in Germaniae feudis illud quondam fuerat singu-
lare: quod etiam Germaniae *principatus*, iamiam *aperti*
aut uacui possessore, nequiverint conferri aliis; nisi ex
indulgentia *imperatoris imperiique principum* ac proce-
rum in comitiis; imo adplaudentibus *provincialibus or-*
dinibus (12). Vnde illud deinde clarum est: triga
horum non minus opus fuisse in *expectatiuis*; ut con-
spirarent in illis, utpote iure *difficilioris spei* (13).
Quare, optimo & saluberrimo consilio, hic modus,
obliteratus aliquandiu, reductus fuit, nouissimo *capit-*
ulationis Caesareae instituto postliminio (14).

§. VI. Porro urgent ex aduerso sentientes SVC-
CESSORIA PACTA, uernaculo sermone, CONFRATERNI-
TATIVIS. III.
OPPOSITIO a
CONFRATERNI-
TATIVIS.

(10) Quid *iura feudorum*, cum pa-
tria, tum *Longobardica*, de nostra
lege 30. C. de pact. decreuerint, illud
supra dictum est *cap. VI.*

(11) *Cap. VI. §. 6.* & sequentibus.

(12) Causa facilis est ad intelligen-
dum. Est enim *princeps*, *Germa-*
niae uasallus, in nexu *triplici*. Prin-
cipio *imperatoris*; deinde *imperii*;
demum *provinciae* ordinum. Itaque
triplici quoque opus fuerat *consensu*,
& bona pace in *noii regnatoris* adpel-
latione. *Provinciales ordines* com-
mendauerant *andidatum*; *acceperat*
eundem *imperator*; *firmauerat* impe-

rium uniuersum. Quod ne frustra ad-
feruisse uidear, quod alii ignorarunt,
alibi hoc idem & *exemplis* probaui &
confessione ipsius *Augusti*, imperato-
ris. Quo sine euolucere liceat *commen-*
tarium ad AVREAM BVLLAM rom. I. tit.
7. §. 5. p. 752. 753. atque *tom. II. tit.*
29 §. 1. p. 974. 975.

(13) Quid in medii quandoque ae-
ui temporibus turbulentis factum sit,
iueritque in mores alios: illud nolim
refellere.

(14) Eandem iuris quaestionem re-
spondimus in *comment. ad AVREAM BVLL-*
LAM rom. I. tit. 7. §. 5. p. 748. 749.

TATES,

TATES, initas semper, sine periculo hereditatarum aut infidiarum aduersus possessores (15).

Singularia iura
ad adpansus

§. VII. Verum eius generis *adelphopistias* multo consilio neque infcio; sed uolente, id est, autore & actore praedii aut provinciae possessore, initas fuisse, nemini potest esse ignotum (16). Atque idem in *filiatione & unione* prolium olim euenisse hodieque euenire, illud exempla docent coniugum ita paciscentium, non clam neque inuito; sed utroque conspirante in eodem hoc placito (17).

IV.
OPPOSITIO a PA-
CTIS SUCCESSO-
RIIS uniuersim
& inter coniu-
ges.

§. VIII. Tum *successoria coniugum pacta* destruere putant interdicti uim: quoniam illa quoque frequentissima nobis sint (18); sine periculo ullo aut metu infidiantium.

Bona tamen
possessorum
pace.

§. IX. Cum uero & haec ipsa fiant sciente & consentiente utroque *contorali* (19); neque illis cum no-

(15) Distingui hic debent *ganerbiatus* aut *fraternitates nobilium* infimi gradus a *fraternitatibus illustrium* familiarum & principum imperii. De primis actum est superius cap. IV. §. 7. 8. 9. explicata iuris formula simul: ire in *aliam parentillam*: de ultimis in *comment. ad AUREAM BYLLAM tom. I. tit. 7. §. 5. p. 749.*

(16) Vti Romanis *filialis*; ita Germanis *fraterna* adoptio fuerat in usu, quod ostendimus in *uita Iustiniani M. cap. VIII. §. 86. nota 431.*

(17) Unio prolium ab aliis conferri solet cum *adoptionibus* Romanorum, quod habetur in *miscellis tom. II. lib. 4. opusc. 7. pag. 1267. 1274.* Mea autem opinione fulera eius fuerant *communio bonorum inter coniuges* potissimum.

(18) Nemo dubitare potest de hoc more apud populos *originis & iuris Germanici*. Nam apud hos testatissima est *coniugum in bonis* cuiuscunque generis ac sortis *communio*, hodieque in omnibus Germaniae prouinciis ultrata & praesumenda eousque, quousque non probatur eius instituti abrogatio: Quod per uniuersae Germaniae principatus, dynastias & ciuitates olim ostendi in *miscellis tom. II. lib. 4. opusc. 7. p. 1302. sq.* quod est de *coniugum & dissortium liberorum successione* scriptum.

(19) De pacto *reciprocae successoris* faceram quidem historiolum narrat LYCIANVS in *dialogo Cratetis & Diogenis p. 273.* ubi reciprocorum heredum alter alteri intencauerit mor-

tra

fra lege est pugna ulla; quae prohibet tantum *pac-
tiones de heredio, inscio superstate possessore.*

§. X. Tandem urgent Latii & Germaniae FIDEI-
COMMISSA. Est hoc aliquid; sed nostri necquicquam
thematis. Nam iuris Romani schemata hic fuerunt
multiplicis generis. Principio heres *pudore, non lege,*
obstrictus fuerat, praestare *fideicommissa.* Deinde fi-
duciariorum heredum quandoque plures, ut nescire-
tur, in quo demum fideicommissario herede persiste-
ret fideicommissum (20). Tandem singularia fidei-
commissa inprimis non continuauerant ultra *quartum*
plerumque *heredem* (21). Haud dubie ad auerrun-
candos hereditas. Quare etiam praedia *gentilitia*
(*Stamm-Güter*) nulla fuerunt *Latii* (22); quae patriae
nostrae & olim & hodie propria etiam nunc, perpetuaria
sine captationis periculo.

V.
OPPOSITIO a fi-
deicommissa.

§. XI. Neque tamen est, cur *legem 30. C. de pact.* ^{Repositio.}
huc trahas. Nam *primus testator de suo;* non autem

tem, in animoque habuerint illud *Ho-
meri dictum: aut me confice tu, aut
ego te.* Sed quis dixerit, uolenti fieri
iniuriam.

(20) Quot enim cautiones & proui-
siones in *tabulis* uel *subscribendis* uel
signandis fuerint Romanis, illud do-
cebunt te *SALMASIVS* & *HERALDVS* in libel-
lariis libellis de hoc argumento excitatis.
Doctissimi uiri utrique nobis sunt audi-
untque, licet unus alterius famam tur-
piter fugillet. *Grammatici & critici*
nomina iurisprudentiae momentosa
sunt neque tamen illa *practici forensis*
elogium expungunt.

admodum singularis. Nam caedet pi-
gerque *IUSTINIANVM*, fideicommissarias
lites excitari ultra *quatuor generatio-
nes.* Ne tam absoletae caulae fatigent
iudicia porro.

(22) Ostendimus illud in *iurib.
feudor. cap. III. quaest. 2. §. 2. nota*
152. Est igitur utriusque iuris magna
hic differentia. Nesciuit *Latium prae-
dia gentilitia*, id est, gentilitati uni
adfixa & innexa sine fine: contra au-
tem in *Germania praedia libera alia*
nulla, quam illa, quae in *familiarum*
nexu, id est, uni familiae aut gentili-
tati destinata aeternum.

(21) Est omnino *NOVELLA CLIX.*

H alieno

alieno disponit. Adeoque, si quid inde euenit in peruerfis heredibus, illud his tribuendum; non uero primae testatoris uoluntati (23); a quouis captationis genere alienissima.

VI.
OPPOSITIO a pa-
ctis NVDIS.

§. XII. Illud autem est commentum prorsus inane; quod axioma iuris: *pacta de heredio uiuentis obligatoria non fuisse*, fingunt ideo; quoniam ex nudo pacto, per Latii leges, nulla fuerit actio. Quasi uero non ipse IVSTINIANVS in nostro interdicto proferibat uerbatim hoc casu omnes contractus (24). Licet illud uerissimum sit; quod *pacta nuda Germanos semper uel uerbulo uel nutu obstrinxerint*: parum curatis schematibus rerum, litterarum, uerborumque Latio praescriptis; ob animorum leuitatem & lubricum linguae Italicorum (25). Contra Germanorum dexteritas & grauitas non indiget eius generis officii.

VII.
OPPOSITIO a 20-
bulis PACIFICCA-
TIONVM.

§. XIII. Demum perhibent contra sentientes; inter liberos populos & respublicas esse tamen *pacta de rebus uiuentis regis aut principis testatissima* (26). Quod

(23) In patrio enim iure alia *practia gentilitia* fuerunt *natiuitate*, alia *destinatione*. Vtrumque uinculum semper duraturum.

(24) Sub censuram misimus infaniam hanc superius *cap. III. not. 29. p. 23.*

(25) Binis uerbis indigitamus rem maximi momenti. Ne autem *iuris prudentiae studiosis* schemata *contractuum & pactorum* porro crucem figant, causis ignoratis, dedimus illas in opusculo de *obligatione litterarum*, quod est academicum.

(26) Nostri aeni & huius praecipue seculi historia docet: quod, uiuo

& superstite Hispaniae rege, *pactio* inita sit, de *Hispanica monarchia* *berciscunda* atque potentissimi Europae reges eius rei fuerint diribitores. Causa laudabatur haec: ne, rege ualentinario extincto, plures de successione contenderent armis ac belli incendium, in Europa modo extinctum, redardesceret. Ex quo enim in mores iuit; omnes rerum potentes uel reges uel respublicas alere exercitum & militem perpetuum; cum olim ante non fuerit ille coactus, quam belli esset praesentissima causa. Ideo in controuersis principum mitiora remedia teneri

feri nequiret; si quidem hae pactiones fouerent turpitudinem naturalem.

§. XIV. Verum enimvero neque exempla illorum regum ac principum desunt; qui in hoc argumento acerbissimas mouerunt querelas: quod uim patiantur ab illis, qui, se uiuis & superstitibus, instituerint iudicia uel familiae heriscundae, uel de communi diuidendo (27). Taceo, quod tunc in priuatis captandae mortis praesumatur crimen: sed hoc inter populos cessatum; si publica ita procuretur utilitas (28); ad cauenda belli incendia in orbe.

Repositio: querelae cessant,

si absit captatio mortis,

publica inde orbis securitas.

§. XV. Ridiculum pene est illud: *pacta esse seruanda* & obligationis inde tantam uim: ut hoc uinculo solo cohaereant respublicae & societates omnis generis. Praecipue apud *Germanos* eorundem religionem fuisse maximam semper (29). Verum *iusta* tantum *pacta* hoc elogio digna: non *prohibita* lege publica priuataque (30). Quo in numero pactiones sunt nostri thematis.

VIII. OPPOSITIO a pactorum religione.

Repositio: haec nulla in illicitis.

rata sunt &, si his non daretur locus, num demum ad fortiora deuentum.

(27) Occurrit, dum haec scribo infigne commentum *Bartholomaei de SALYCETO* ad l. 30. *C. de pact. num. 1.* cessat praesumptio captandae mortis, si ille consentiat, de qua hereditate pactione facta. *Sed hoc non credit* REGINA APVLIAE. *Ideo REGI HUNGARIAE nec DOMINO CAROLO uoluit consentire*, in pactionibus de successione regni. Idem de *Angliae regina ELISABETHA* refert eius biographus CAMDENVS. Addita causa: ne *sol occidens* obfuscaretur a sole oriente.

quilibrium; ne praepotentia unius alios supprimat subiuguetque. Consilii maior hic ratio, quam iuris. TACITI illud lib. XIV. *annal. c. 44.* addendum est: *omne magnum exemplum habet aliquid ex iniquo, quod, utilitate publica, rependitur.*

(29) Alienissimi enim *Germani* a *Punicae* aut *Graecae* fidei fallacis & sophismatibus. Nostris maioribus contra uulgi sermone celebrata adagia: *uirque uerbumque, ein Wort ein Mann.*

(30) Tum enim uirtutis est, fidem fallere; seruare, uitii & criminis.

(28) In conseruando *Europae aet-*

IX.
OPPOSITIO ab
auctoritate PRV-
DENTVM.

§. XVI. Ad extremum opinantur, nauigari ta-
men ita aduersus torrentem patriae iureconsultorum
forensiumque sententiarum: quae turba faciat *con-
suetudinarium ius* (31) Hodie inprimis, ubi aduocatis &
iudicibus *praeiudicia* sint in deliciis usuque. Vt de il-
lis sollicitiores sint; quam de *legibus* ipsis, in *iuris cor-
pore*. Veniam etiam mereri peruersos hosce sectato-
res: quod iuris Romani receptus in patria sit ualde
ambiguus. Imo pernent in cathedris ac foris for-
mulae docentium & iudicantium: *illud hodie non est in
usu*. Quo ipso fiat, ut titubent iurium tirones & can-
didati; num clarissimae etiam *leges* peregrini Latii in-
uenerint in iudiciis Germaniae locum. Praesertim
quod uideant; identidem, *legibus* relictis, nunc ad *iu-
ra canonica*; nunc ad *patria instituta*; nunc ad *aequitatem
cerebrinam* iterumque ad *praxin* prouocari (32.) In qui-
bus digladiationibus consultissimum sit; *responsorum,
consiliorum, decisionum & communium* opinionum sequi ca-
teruam.

Repositio: FVN-
DAMENTVM iu-
ris

unica legislatio-
ris uoluntas
a) expressa.

§. XVII. Verum in hoc dogmate errores sunt
multiplices. Miserrima *iuris ars* esset; si penderet illa
uoluntatibus, lubitu, libidine aut stupore docentium
aut iudicantium. Sola **LEGISLATORIS auctoritas** nobis
curae est cordique. Eaque uel declarata *expresse*, le-

(31) Pesime actum esset, cum *iur-
isprudencia* nostra, si penderet illa a
numeris *legistarum*. Euro tum mu-
tabilior esset. Faceretque sic ad
republicam dissoluendam & perden-
dam, instar turrigerac Babyloniae.
Neque, de caelo demissam, credi posset;
sed euocatam ex orco inferorum.

(32) Vix rempublicam nominaue-

ris in orbe uniuerso *Germanica*, hac
in re, infeliciorem. Ex hoc enim la-
tratu, tricipitis & terrificae belluae
opinionum uerborumque abortus &
portenta immania euomuntur; ut ni-
hil tam absolum & iniustum sit, quod
desistatur suo oraculo, ex hoc fallaci
tripode.

gis

gis promulgatione uel tacite tolerando mores scienter in b) tanta.
 uim consuetudinis & obseruantiae. Verum uti ignorantis Alia quaeque
 consensus nullus: ita etiam consuetudinarii iuris anima pseudoprincipis
 est principis scientia & silentium, id est, tacita uoluntas. adnumeranda.

Qua deficiente neque iudicata neque sententiae foren-
 ses uel academicae attendendae sunt (33) Deinde,
 qui legem Romanam nunquam receptam esse, statuunt: ROMANARVM le-
 illos oportet allegare patriae instituta, uetustiora iuris Germaniae
 corporis receptu; ut constet, peregrinam legem no- 1) generalis,
 stris uel superfluam uel incongruam fore prorsus (34). 2) subsidiarius.

Qui uero Latii legem abrogatam blaterant: illi ante au- Vnde obstant
 diendi non sunt; quam proferant derogatoriam legisla- tantum
 toris uoluntatem (35). Arque hoc idem illud est: 1) uetustiora,
 quod nominibus ac numeris aliter sentientium repo- 2) derogatoria
 nendum esse duximus, in hoc eodem quoque nostro instituta.

argumento.

(33) Aliud est, *ius dicere*, aliud
iudicare. Vltimum tantummodo *fori*
 est & *praetorii*; primum *curiae pala-*
rinae legislatoris. Quis autem somni-
 ando dixerit; *principibus* Germaniae
 praesertim innotescere *enuntiata* & sen-
 tentias *iudicum* & *tribunalium* in
 suis prouinciis aut *imperatoris* & im-
 perio ea, quae uel in *aulico* uel in *ca-*
merali iudicio decisa uel olim uel de-
 cidantur etiam nunc?

(34) Receptus *legum Romanarum*
 in *Germania* est *generalis*, isque
 non ob *rationis* uim; sed propter *uo-*
luntates latorum. Illud igitur satis
 est; si haec pateant ex iure scripto.

Quicquid controuerti poterit, *ratioci-*
nando alias, ex *naturae* decretis.

(35) Peccant in his GROENEWEGEN;
 BVGINONVS; BETERVS & plures alii. Si
 enim *lex* minus uidetur ad eorundem
 palatum: illico eam expungere solent
 ex patria iurisprudencia. Quasi uero,
 horum audaculorum uerbo, stet cadat-
 que patria iurisprudencia. Cautiores
 in hac re sunt *Eguinar*. BARO; AV-
 TUMVS; BRISSONIVS; LEEWEN; GRO-
 TIVS; VOETIVS; NEOSTADIVS aliique, qui
 nihil, quod obest legibus Romanis, tu-
 entur sine causa. Adlegatis uel patriis
 institutis uel moribus uel rationibus,
 cuique reipublicae propriis.

Hinc nostrae
l. 30. C. de pact.
religio sancta
Germaniae
omni aeuo ho-
dicque.

Latibula ad-
uoria.

§. XVIII. Sanior igitur mens est eorum iure-
consultorum: qui nobiscum sustinent euenturque, le-
gem 30. C. de pactis, in Germania & receptam & cultam
esse aut coli debuisse omni aeuo in Germaniae scholis,
foris ac tribunalibus, neque ullo unquam tempore co-
gitatum de illius in patria abrogatione. (36).

§. XIX. Ceterum sunt latibula contra sententiarum
inania fere haec. Vt primo impetant legem distinctio-
nibus, inter pacta acquisitiua, conseruatiua, renunciatiua;
quasi imperator non locutus esset de omnibus uniuersis
personis. Si heres sit filius aut filia, partim ob sexus
differentiam, partim quod mitius agi debeat cum he-
redibus naturalibus, liberis. Porro si miles cum mili-
te aut extraneo pepigerit uel uxor cum marito. Demum
si intercesserint fraternitates, Gallico iure, affrayamen-
ta, & quae alia sunt generis eiusdem. Ita autem fit,
ut legem nostram primum imperant quassando, tum
iactando huc illuc, donec illam destruant tollantque.
Noster autem legislator, primum & alterum caueri uult;
ne eueniat ultimum cum mortalium periculo & pernicie,

(36) Petr. Gregorius THOLOSANVS Hanc legem 30. C. de pact. obtinere,
in syntagmate iuris uniuersi part. bodie, omnes fere Germaniae DD.
III. lib. 41. cap. 4. & 5. legi nostrae afferunt, Richter; Strykius. Nec
30. C. de pact. non solum patrocinium dubitauit COLLEGIUM nostrum WITTEN-
praestitit; sed etiam argumenta nouen- BERGENSE, cum quaereretur; an eius-
decim aduersa discussit fortiter. Or- modi pactum, inter PRINCIPES IMPERII
dinis Vitebergensium iureconsultorum initum, ualidum sit, necne? respon-
produxit sententiam in hanc scenam dere NEGATIVE. Plura addere, idem
nouissime HORNIVS his uerbis cap. effect, quam ludere operas.
XVI. iur. feud. §. 16. pag. 338.]

T A N T V M.

Halle, Diss., 1741

ULB Halle

004 779 452



3







Vol. XXIV. Num. 3.

15

DIFFERENTIAS IVRIVM
ROMANI ET GERMANICI
IN

1741

12

PACTIS DE SUPERSTITIS HEREDIO

ad l. ult. C. de pactis

ITEMQUE

50 DECISIONVM CHARACTERES,

PRAESIDE

IOANNE PETRO DE LVDEWIG, ICto

POT. PORVSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO ET CANCELLARIO
TAM MAGDEBVRGICAE PROVINCIAE, QVAM ACADEMIAE
HALLENSIS RELIQA,

CONFLICTV INAVGVRALI,

PRO CAPESSENDIS VTRIVSQUE IVRIS
DOCTORVM PRIVILEGIIS,

DIE III. MENSIS IVNII ANNI clō 1000 XLII.

RESPONDEBIT

AVGVST. FRIDERICVS SEIDENBVSCH,

FRANCKENHVSANVS SCHWARZBVRGICVS.

HALAE SALICAE, clō 1000 XLII.

TPIS IOANNIS HENRICI GRVNERTI, ACADEM. TYPOGR.